



Acerca de este libro

Esta es una copia digital de un libro que, durante generaciones, se ha conservado en las estanterías de una biblioteca, hasta que Google ha decidido escanearlo como parte de un proyecto que pretende que sea posible descubrir en línea libros de todo el mundo.

Ha sobrevivido tantos años como para que los derechos de autor hayan expirado y el libro pase a ser de dominio público. El que un libro sea de dominio público significa que nunca ha estado protegido por derechos de autor, o bien que el período legal de estos derechos ya ha expirado. Es posible que una misma obra sea de dominio público en unos países y, sin embargo, no lo sea en otros. Los libros de dominio público son nuestras puertas hacia el pasado, suponen un patrimonio histórico, cultural y de conocimientos que, a menudo, resulta difícil de descubrir.

Todas las anotaciones, marcas y otras señales en los márgenes que estén presentes en el volumen original aparecerán también en este archivo como testimonio del largo viaje que el libro ha recorrido desde el editor hasta la biblioteca y, finalmente, hasta usted.

Normas de uso

Google se enorgullece de poder colaborar con distintas bibliotecas para digitalizar los materiales de dominio público a fin de hacerlos accesibles a todo el mundo. Los libros de dominio público son patrimonio de todos, nosotros somos sus humildes guardianes. No obstante, se trata de un trabajo caro. Por este motivo, y para poder ofrecer este recurso, hemos tomado medidas para evitar que se produzca un abuso por parte de terceros con fines comerciales, y hemos incluido restricciones técnicas sobre las solicitudes automatizadas.

Asimismo, le pedimos que:

- + *Haga un uso exclusivamente no comercial de estos archivos* Hemos diseñado la Búsqueda de libros de Google para el uso de particulares; como tal, le pedimos que utilice estos archivos con fines personales, y no comerciales.
- + *No envíe solicitudes automatizadas* Por favor, no envíe solicitudes automatizadas de ningún tipo al sistema de Google. Si está llevando a cabo una investigación sobre traducción automática, reconocimiento óptico de caracteres u otros campos para los que resulte útil disfrutar de acceso a una gran cantidad de texto, por favor, envíenos un mensaje. Fomentamos el uso de materiales de dominio público con estos propósitos y seguro que podremos ayudarle.
- + *Conserve la atribución* La filigrana de Google que verá en todos los archivos es fundamental para informar a los usuarios sobre este proyecto y ayudarles a encontrar materiales adicionales en la Búsqueda de libros de Google. Por favor, no la elimine.
- + *Manténgase siempre dentro de la legalidad* Sea cual sea el uso que haga de estos materiales, recuerde que es responsable de asegurarse de que todo lo que hace es legal. No dé por sentado que, por el hecho de que una obra se considere de dominio público para los usuarios de los Estados Unidos, lo será también para los usuarios de otros países. La legislación sobre derechos de autor varía de un país a otro, y no podemos facilitar información sobre si está permitido un uso específico de algún libro. Por favor, no suponga que la aparición de un libro en nuestro programa significa que se puede utilizar de igual manera en todo el mundo. La responsabilidad ante la infracción de los derechos de autor puede ser muy grave.


Acerca de la Búsqueda de libros de Google

El objetivo de Google consiste en organizar información procedente de todo el mundo y hacerla accesible y útil de forma universal. El programa de Búsqueda de libros de Google ayuda a los lectores a descubrir los libros de todo el mundo a la vez que ayuda a autores y editores a llegar a nuevas audiencias. Podrá realizar búsquedas en el texto completo de este libro en la web, en la página <http://books.google.com>

This is a reproduction of a library book that was digitized by Google as part of an ongoing effort to preserve the information in books and make it universally accessible.

Google™ books

<https://books.google.com>





<36611972720015

<36611972720015

Bayer. Staatsbibliothek

4^o Tif. 4302.

Bh.

In naturæ

JUS NATURÆ IN SUO PRINCIPIO COGNOSCENDI

EXPENSUM

ET

SUB CLEMENTISSIMIS AUSPICIIS
REVERENDISSIMI AC SERENISSIMI
DOMINI DOMINI

JOSEPHI

S. R. I. Principis & Episcopi Augustani,
Landgravii Hassiae &c. &c.

In Monast. Neresheim Ord. S. Bened.

Una cum parergis ex universo jure selectis Disputationi publicæ subiectum

PRÆSIDE & AUTHORE

P. UDALRICO HUHN DORFF,
Ord. S. Benedicti, Eiusdemque Monasterii Professo,
J. U. Doctore, SS. Theologiæ Professore Emerito, & Jurium
Actuali, Notario Apostolico Romæ immatriculato.

DEFENDENTIBUS

RR. RR. FF. { Aurelio Hindelang,
Symperto Lederer,
Michaële Dobler,
Placido Pfeiffer,
Narciso Mayr.

Eiusdem Ordinis & Monasterii professis, SS. Theolog.
& juris utriusque Candidatis.

Mense Septembri Anno Christi MDCCLV.

CUM LICENTIA SUPERIORUM.

Augusta Vindelicorum, typis Maximiliani Simonis Pingitzer.

Gentes, quæ legem non habent, naturaliter ea, quæ legis sunt, faciunt,
eiusmodi legem non habentes, ipsi sibi sunt Lex: Qui offendunt opus
legis scriptum in cordibus suis, testimonium reddente illis conscientia
ipsorum, & inter se invicem Cogitationibus accusantibus, aut etiam
defendentibus, in die, cum judicabit DEUS occulta hominum.
Rom. 2. à v. 14.

Bayerische
Staatsbibliothek
München

REVERENDISSIMO AC SERENISSIMO
DOMINO DOMINO

J O S E P H O
S.R.I. PRINCIPI

E T

Episcopo Augustano,
Landgravio Hafsiæ,

Principi Hirschfeldensi,

C O M I T I

Catimelibogi in Diez, Ziegenheim, Nidda,
Schaumburg, Isenburg, & Budingen, Abati
Insulato sanctæ Helenæ in Feldwar.

Ecclesiæ Metropolitanæ Coloniensis,

Nec non

Ecclesiarum Cathedralium Leodiensis, & Constantiensis
CANONICO,

Equiti Ordinis S. Huberti &c. &c.
Domino Domino Clementissimo.



REVERENDISSIME AC SERENISSIME
SAC. ROM. IMP.
P R I N C E P S,
DOMINE DOMINE
CLEMENTISSIME!

Post triennalia Laborum juridicorum itinera ,
quietem demum anhelantes , una cum isthoc te-
nui libello , ceu qualicunque doctrinæ nostræ
specimine , ad REVERENDISSIME SERENI-
TATIS TUÆ pedes festini convolamus , ibidémque
prostrati , demississimè supplicamus , ut sub *umbra ala-
rum Clementissimi PATROCINII TUI* , securissimè si-
mul

mul ac placidissimè conquiescere , & cum amante illa
Anima (a) cuique nostrum ingeminare liceat : Sub
umbra illius , quem desideraveram , sedi .

Et certè felicissimi meritò nuncupabimur , si
TANTÆ protectionis umbra nos contebat ; felicissi-
mus erit & exiguus hic ingenii partus , si TE , REVE-
RENDISSIME AC SERENISSIME PRINCEPS , Mo-
cenatem habere clementia TUA illi concederet ; utut
enim sit exilis in se ipso , splendorem tamen eximum
indubie se mutuasse gloriari poterit ab ILLO PRIN-
CIPE , in QUO jam pridem omnis profanæ pariter
ac Divinæ literaturæ scientia Sedem suam fixit , & cu-
jus tanta jam Laudum copia publicis edita voluminibus
est , ut , qui plura jungere cupiat , vel temeritatis ar-
gui mereatur , quasi Panegyristas TUOS anteriores
ignorantiae , parcitatisve insimulare attentet , vel ex-
orbitantis audaciæ , ac si virtutes TUAS , summâque
Merita , vel recensendo , ne dicam prædicando , asse-
qui speret .

Quid igitur restat , nisi ut Virtutes TUAS , licet
Maximas (præter morem alioquin in Thesum inscrip-
tionibus consuetum) generaliter tantum indicasse
nobis sufficiat ; & hoc cum ad evitandam temeritatis , &
audaciæ memoratæ notam , tum vel maximè ad ob-
sequendum Clementissimæ VOLUNTATI TUÆ ,
qua cuncta hominum encomia , quamquam summo
jure TIBI competentia , singulari tamen modestiâ , ceu
vana respicis , ac unicum id in votis habes , ut in stu-
pendis iis omnibus , quæ ad Ecclesiæ TUÆ , subdito-

(a) 3

rûm-

(a) Cant. II. v. 3.

rūmque TUORUM felicitatem, & ad animarum TIBI
commissarum salutem, sapientissimè disponis ac per-
ficiis, soli rerum omnium Arbitro placeas, Ejusdém-
que honor & gloria reuceat, ac omni possibili modo
per ea promoveatur.

Hæc TU tanta, REVERENDISSIME ac SERE-
NISIME PRINCEPS, quamvis maxima sint, laudari
vetas; ne fors per laudes TIBI attributas, laudi Crea-
toris quidquam decedat. Adeoque præteritis Virtu-
tum TUARUM præconiis, id unum nobis agere per-
missum est, quod cùm agas Ipse, prohibere, ne aga-
mus, haud vales. Vetet proin rara Modestia TUA,
ne laudes TUAS decanteinus; at vetare non potest,
ne DEO ter OPTIMO MAXIMO grates referamus,
QUI, cum æterno consilio TE destinasset Augustano
Cœlo Atlantem, tantas TIBI Vires contulit, ut am-
plissimæ gubernationis molem, infractis & incon-
cussis semper humeris, per tot jam annorum spatio
felicissimè sustentes, iisdem mentem TUAM virtu-
tibus instruxit, queis Ecclesiæ TIBI concreditæ salus
& honor ita fulciatur, ut sub Gloriosissimo TUO Regi-
mine, securitate, & pace nunquam interrupta sè frui,
jure gloriari valeat.

Benedictus igitur DEUS, qui in SERENISSIMA
TUA PERSONA Principem nobis & Episcopum de-
dit, cuius Animus nunquam non pacatus ac serenus
est; cuius placidissimus, conversandi, & gubernandi
modus, jam dudum omnium Corda insolubili amoris,
ac reverentiae nexus TIBI devinxit, veréque MAG-
NUM TE esse fecit; non enim magni nomen me-

retur

retur Princeps , nisi Beneficuſ sit & Placiduſ ; quemadmodum & altissima quæque flumina non niſi placido ſono labuntur.

Benedictus DEUS , qui TIBI , SERENISSIME PRINCEPS , præter animuſ placidissimum , ſingularem quoque fortitudinem atque prudentiam in gubernando Principatum , ac Diocesin ampliſſimam , largitus eſt . Utraque ſanè Virtus Cœli munus eſt adeo evidens , ut nec ipſi Gentiles ejusdem ignari fuerint , attenante id ſuo & aliorum nomine *Pindaro* (b) aſcribente :

Prudentes , fortésque Viros dant Numina terris.
Ambæ Virtutes (ſic enim ratiocinari pergi muſ) valentissima publicæ ſalutis fulcra ſunt , quorum vel uno deficiente , rerum ſumma periclitari , ſi non penitus interire , neceſſum eſt ; quæ tamen , coadunatis illis , ſalva ſtat , & incolumis ; nec enim prudentia ſine fortitudine , nec fortitudo multum ſine prudentia vallet , prout innumera comprobant exempla . Nonne enim Priamus *Trojæ* incendium impediviffet , ſi , ut *Achilli Hectorem* pari fortitudine pugnantem objecit , ita *Simoni* quoque Virum oppofuiffet , qui conſilia conſiliis enervâſſet ? Nonne Græcia Trojanorum erumpentium impetus tamdiu ſuſtinere haud potuiffet , ſi *Achillis* invictum robur *Agamemnonis* ſapienția & prudentia non adjuviſſet ? Nonne *Marcelli* fortitudo *Hannibalem* Italiâ non expuliſſet , niſi prudentia *Fabii* accessiſſet ?

O Fe-

(b) Ode 9. Olymp.

O Felices igitur populos istos , quorum Rectores fortitudine & prudentia dirigebantur ; feliores vero nos , qui in TE , REVERENDISSIME ac SERENISSIME PRINCEPS , memoratas Virtutes non divisas , ut in *Achille* , & *Agamemnonem* , Græci , in *Marcello* , & *Fabio* Romani , sed collectas læti conspicimus , dum tanta prudentia animique magnitudine TE præditum admiramur , ut nullum periculum , aliudve negotium arduum ingruere , ac suboriri posse videatur , quod invicto illo robore TUO ac prudentia majus sit.

Atque bina hæc DEI ter OPTIMI MAXIMI præclarissima dona , non tantum individuo nexu in TE , SERENISSIME PRINCEPS , conjunguntur , sed uberrimis quoque fontibus in populum TIBI subditum , tanta liberalitate , ac tam magnificè redundare facis , ut , si prolixius id commemorare aut extollere præsumeremus , verendum nobis esset , ne fors obscura dictione lucidissimo soli vel umbram , vel supervacuo conatu lucem affunderemus , quam IPSEM ET , REVERENDISSIME AC SERENISSIME PRINCEPS , nunquam non copiosissimè effudisti , & singulariter nunc effundis , dum supra candelabrum Dignitatis Episcopalis positus , & Exemplo luces , & pro Ecclesia TIBI concredita vigilas indefessè .

Ast quid mitum , si tot virtutum ac donorum cælestium radiis & luceas & illumines ? Cùm Benignissimum NUMEN totius SERENISSIMÆ DOMUS TUÆ universa decora ita in TE coadunarit , ut è cunctis SERENISSIMIS TUIS MAJORIBUS TOTUS QUANTUS compositus esse videaris , & ipsimet

ipsumet Cælites , Diva scilicet ELISABETHA , Divi HUBERTUS & ALOYSIUS TE consanguineum & agnatum habere glorientur , suásque in TE Virtutes revixisse mirentur ; quas inter præcipue conspicua est Religio , & studium Divini cultûs promovendi.

Benedictus igitur denuo sit DEUS , qui tantum sui honoris augmentandi zelum TIBI instillavit , ut per saluberrima media , non minùs statum sacerdalem , quām Ecclesiasticum (quamquam virtutum radiis alias jam conspicuum) illustriorem reddideris ; & hoc non tam Imperio , quām Exemplo , probè nimirum gnerus , istud illo majus & efficacius esse , metūnque , ex imperio oriundum , non semper fidelem recti magistrum dicit posse . Hinc non mirum , quod cum in populo , tum in Clero , Sacerdotiæ æquè ac Regulari , majora indies appareant incrementa spiritualia , quæ vigili TUÆ curæ se debere , & a TUÀ MAXIME PRÆSUL , Benedictione profluxisse ; omnes uno ore confitentur , ita , ut acceptissimo Superis Patriarchæ JACOBO , geminæ Soboli filii sui JOSEPH benedicti , meritissimo jure simillimum TE pronuntiare hiceat . Quemadmodum enim Ille duplicem , & benedictionum plenissimam manum iis imposuit , ita TU , REVERENDISSIME ac SERENISSIME PRINCEPS , partita utraque manu , Statui utriusque , Clericali scilicet & Laicali , affectu æquali benedictionis plenitudinem impertiris ; ut vel inde in Amplissima TUÀ Dioecesi , ceu fertilissimo solo , continuo cumuletur Odor agri plani , cui benedixit Dominus (c) immo tota , qua latè (b) patet ,

(b) Genes. XXVII. v. 27.

patet, dici mereatur Hortus amænissimus, cui omnia
illa sacratoris Floræ inuicta sint implantata, quæ
sacræ paginæ (*d*) de *Horto concluso* cominmemorant;
nardus, videlicet, *Crocus*, *fistula*, *Cinnamomum*,
cum universis lignis *Libani*, *Myrrha*, *Aloe*, cum
omnibus primis unguentis.

Ut autem patefiat, cujusnam beneficio, amænum
adeo vultum Hortus ille induerit, à sacro Textu, operis
adeo Sancti, causa statim (*e*) annexitur, *fons* scilicet hor-
torum: *puteus aquarum viventium*, quæ fluunt (non
parcè) sed *impetu de Libano*. Cernis, ut opinamur,
REVERENDISSIME ac SERENISSIME PRINCEPS,
artem Regendi, quam cum paucis communem habes,
nec non Beneficentissimam Clementiam TUAM hoc
loco designari, quam in omnes quidem prorsus admi-
randam, in Religiosos tamen longe maximam esse pro-
ficiemur, indéquæ Monasteriis, ac disciplinæ regulari-
sum stare vigorem & incrementum, dum ex Episco-
pali TUO perfectionis fastigio illos, quos religiosa
professio similiter ad perfectionis apicem accelerato
gressu contendere jubet, ac stimulat, Gratiarum &
Favorum TUORUM fluentis continuò revereas, &
in arrepto sacro suo itinere confortas.

Ex quibus omnibus liquido constat, quām singu-
lares DEO Ter optimo Maximo grates debeamus,
quod TALEM ac TANTUM nobis dederit EPISCO-
PUM, Qui cuncta fidelissimè adimplet, ob quæ con-
stitutus est cum Apostolis PRINCEPS super terram,

(*d*) Cant. IV. v. 14.

(*e*) Ibid. v. 15.

ut nimirum evellat & destruat, & disperdat, & diffiperet, & edificet, & plantet: (f) Talem insuper ac TANTUM, Cui nis̄ magis cordi est, quām ut cum Patribus & Episcopis primorum s̄æculorum, eadem doceat, & operetur, eundēmque gubernandi, fidem tuendi ac propagandi, nec non Christianos & Religiosos mores introducendi & conservandi modum ac normam teneat, TALEM demum ac TANTUM, in QUO notoriē omnia Præsulis optimi requisita, à Paulo Apostolo (g) indicata, Titōque ac Timotheo suo inculcata, reperiēt.

Licet autem tot ac tanta dona hucusque enumera-ta, immo vix non innumera alia, cælitus TIBI, RE-VERENDISSIME ac SERENISSIME PRINCEPS, in supremo gradu communicata esse fateamur, & ob illa Benignissimo Numini grates debeamus infinitas; Sola tamen Clementia & Benignitas TUA est, quæ præ cæteris lenissimo quasi tuniculo corda nostra tra-hit, TIBIque demississimo affectu conglutinat; & quidem eò arctius, quò insignioribus favoribus Abbatia nostra à TE, REVERENDISSIME ac SERENISSI-ME PRINCEPS, affectam sese agnoscit; pro quibus cum nobis ingratias omnino esse non licet, dumque æxii diu hærebamus, quo gratitudinis gethere arctissimum obligationis nostræ vinculum, non quidem solvere, at laxare tamen posse videremur, aliud vix occurrit, quām illud, quod inter omnia minimum est, accepta scilicet à TE Beneficia fateri, docente

(b) 2

Sene-

(f) Jerem. I. v. 10.

(g) L ad Timoth. 3. à v. 1. & ad Tit. I. à v. 27.

Seneca: interdum beneficij solutio est ipsa confessio; quam proin si à nobis quoque omitti contigisset, non ingratitudinis modo, sed & impietatis quilibet non immerito nos arguisse.

Cùm autem

*Nec laudare satis, dignosque rependere grates (b)
sufficiamus,*

*nec tamen in conspectu TUO nos omnino vacuos
apparere conveniat, Jussu D. Abbatis nostri, cum
concredito sibi conventu, TIBI mille titulis oblationis
simi, exiguum hocce volumen SERENISSIMO NO-
MINI TUO demississimè inscribimus & consecramus,
ac in Mnemosynen immortale Gratiarum, coenobio
nostro collatarum, offerimus. Ne tamen qualecun-
que hoc gratitudinis anathema demississimum affectum
nostrum penitus exhaustire videatur, ingenii nostri,
viriumque professi inopiam, id, quod in munusculo
adeo exili minùs habentes invenimur, à Largifluo
Remuneratore omnium DEO supplendum cum alle-
gato Poëta vaticinamur :*

- - - Referent superi (i)

Et sane referent (quis dubitet?) pro tanta TUÆ
in nos Clementia, REVERENDISSIME ac SERE-
NISSIME PRINCEPS, ut in subditorum solamen,
Ecclesiæ stabilimentum, omnium Ordinum & Sta-
tuum Principatus ac Dioecesis TUÆ felicitatem, no-
stri præfertim Monasterii continuum emolumentum
&

(b) Statius Lib. 7. Theb.

(i) Idem loc. cit.

& incrementum, quām diutissimè vivas INCOLUMIS; ut exoptatis ubique successibus consilia TUA sanctissima procedere læteris; ut sùb TUO placidissimo Reginine, fortissimaque protectione singulariter florescere perget Clerus uterque Augustanus; ac tandem, ut INFULAM *lætitiae & exultationis* in hoc orbe á DEO ter OPTIMO MAXIMO TIBI impositam, subsequatur in altero, post Nestoreos tamen vitæ annos, CORONA GLORIÆ. Hæc speramus, hæc desideramus, hæc votis omnibus exoptamus, TUIS que genibus REVERENDISSIME ac SERENISSIME PRINCEPS, summa, qua par est, animi demissione advoluti, nos & cœnobium nostrum perennibus TUIS Gratiis commendamus

CLEMENTISSIMÆ
SERENITATIS TUÆ

Humillimi ac Subiectissimi

Præses & Defendantes.

(b) 3

APPRO-

THEATRUM LIBRARIAE AUGUSTANAE
LIBRARIA AUGUSTANA
THEATRUM LIBRARIAE AUGUSTANAE
LIBRARIA AUGUSTANA

APPROBATIO CENSORIS AUGUSTANI.

Tractatus hic *De Principio cognoscendi Juris Nature*, ob enodatas feliciter difficultates, Clarissimi Authoris præclarum ingenium, singularem diligentiam, profundam, tam in Theologia, quam in utroque iure peritiam abunde commendat; cùmquenullibi à regulis morum deflectat, merito ad plurimum utilitatem, fructumque inde hauriendum, in lucem publicam procedit. Augustæ Vind. 12' Julii 1755.

FRANCISCUS JOS. de HANDL,
SS. Theol. Licent. Revendiss. ac Celsi.
Princ. & Episc. August. Consil. Eccles.
Major. Pœnit. & Lib. Censor. ac insig-
nis Ecclesiæ Collegiatæ ad S. Mauritium
Canonic. & Parochus mppr.

Imprimatur. Ex Vicariatu August. Die 15. Augusti 1755.

NICOLAUS ANTONIUS SEIZ, J. U. D.
Praelatus Proto-Notar. Apost. & Sanctiss.
Domin Nostri Domest. Eccles. Cathedr.
Augustanæ Canonic. Capit. Archi-Presby-
ter & Scholasticus, Sereniss. & Rev. Princ.
Episcopi Augustan. Vicarius in Spirit.
Generalis.

THEATRUM LIBRARIAE AUGUSTANAE
LIBRARIA AUGUSTANA

THEATRUM LIBRARIAE AUGUSTANAE
LIBRARIA AUGUSTANA

APPRO-



APPROBATIO THEOLOGICA.

PRæsentem Tractatum *De Principio cognoscendi Juris Natura*, non sine animi voluptate legi; præterquam enim, quòd in Fidei ac morum principia non modò non offendat, sed eadēm potius defendat invictissimè; multa etiam in eo deprehendi, quæ Clarissimi Authoris nomen, pluribus aliis opusculis jam satis celebre, ob singularem tamen in hoc styli elegantiam & claritatem, rationum quoque pondera, eruditionis insuper ubertatem, ac methodum sœculo moderno accomodataam, procul dubio celebrius reddent. Dignissimam proin Lucubrationem hanc censéo, quæ typis publicis imprimatur, non tantùm ut præclarissima Authoris encomia exprimat, sed præcipue, ut tenellas mentes, eam volventes, à Spuriis Naturæ principiis abducat, iisdemque genuina illa, & veritati Catholicæ consona instillet.

Nereshemii I. Julii 1755.

P. ROMANUS BAUMEISTER,
Ord. S. P. Bened. ibidem Professus
SS. Theol. Professor Exeritus ac
p. t. Prior.

CON-

Confpectus Operis.

- §. I. Recensentur Errores Antiquorum , & Recentiorum circa existentiam Juris Naturæ.
- §. II. Errores memorati refutantur , & existentia Juris Naturæ stabililitur.
- §. III. De Juris Naturalis essentia.
- §. IV. Status questionis & variae opiniones de vero ac fundamentali principio cognoscendi Juris Naturalis exponuntur.
- §. V. An principium cognoscendi Juris Naturæ consistat in cultu , aut iussu seu voluntate DEI ?
- §. VI. An principium Juris Naturæ sit Recta Ratio ?
- §. VII. An conservatio hominis propria , vel ejusdem utilitas sit principium cognoscendi Juris Naturæ ?
- §. VIII. Respondetur ad argumenta contraria.
- §. IX. Responsionum nostrarum continuatio.
- §. X. An principium cognoscendi Juris Naturæ sit Conservatio Naturæ rationalis , vel Decalogus ?
- §. XI. Introductio in questionem , an Socialitas sit principium cognoscendi Juris Naturæ ?
- §. XII. Proponuntur argumenta eorum , qui Socialitatem pro principio cognoscendi Juris Naturæ statuunt.
- §. XIII. Reliqua fundamenta Pufendorfii , Thomasi & aliorum.
- §. XIV. Quid de Socialitate in ordine ad Principium Juris Naturæ sentendum ?
- §. XV. Respondetur ad argumenta contraria §. XII. insinuata.
- §. XVI. Solvuntur argumenta §. XIII. indicata.
- §. XVII. An Lex naturæ ex Amore tanquam principio cognoscendi presumenda sit ?
- §. XVIII. An principium cognoscendi Juris Naturæ sit essentia humana , independenter , & ante DEI voluntatem spectata ?
- §. XIX. Exponitur opinio nostra de principio cognoscendi Juris Naturæ.
- §. XX. Statuitur aliqua quasi comprincipia & alia adminicula cognoscendo Juri Naturæ inservientia.
- §. XXI. Ostenditur utilitas juris divini , in specie sic dicti , ad cognoscendum Jus Naturæ.
- §. XXII. Alia adjumenta cognoscendi Jus Naturæ.

1730

PRÆFA-



PRÆFATIO AUTHORIS.

Cogitanti mihi, serioque deliberanti, quo potissimum scripto Cursus
meo juridico, tertium nunc evoluto, coronidem imponerem, ta-
lem, præ aliis, materiam feligere constitui, quæ non tam sterili
speculatione legentum, præsertim Tyronum (in quorum gratiam unicè
me scripsisse fateor) intellectum pungere, quam meram voluptatem,
& utilitatem spiraret, moribúsque componendis conduceret. Hunc in
finem *Genuinum Juris Natura principium* accuratius indagare admodum
fore proficuum censui, Jus Naturæ enim pulcherrima illa res est, cujus,
in scientia formam redacti, vel solo auditu nomine, ingenuorum ado-
lescentum animos colliquescere, & quascunque lucubrations, argu-
mentum hoc vel ex toto, vel pro parte solum, pertractantes, avidissi-
mè arripere, hoc præsertim ævo, frequentissimè cernimus; quamquam
eosdem raro inibi pedem figere experiamur, vel si figant, meliores haud
redire conspiciamus. Licet enim, ab integro fere sæculo, tot volumina,
Jus Naturæ explanantia, in orbe comparuerint, pleraque tamen, vel
ipsa mole sua & obscuritate à legendō absterrent, vel dum eruditionis
speciem præferunt, plurimum in recessu putridi habent, & dum nullo
consilio, nullo delectu habitu, sed cæco plerumque impetu, ætatis no-
stræ scoli in ea (tanquam nubem pro Junone) involant, ingenti suo
damno redeunt: siquidem aut ingenii elegancia, aut styli suavitate illechi,
pro melle venenum, ad sui, suorumque perniciem fugunt, *principiis-*
que sincero Natura Juri penitus adversis animum imbuunt, quæ ubi semel
in eo radices fixerint, quam diutissimè hærere solent, vix unquam am-
plius excutienda; cujus mali radix esse videtur, quod ejusmodi
homines novitatibus nimio studio inhient, & quævis noviter excogi-
tata vel modificata Juris Naturæ principia, quibusdam verborum
lenociniis proposita, & prima fronte nescio quid incognitum ac fa-
lubre promittentia, neglecto accuratiore illorum examine, sequi consti-
tuant, non considerantes, quod plerumque speciosa sint, quæ ad nocen-
dum excogitantur, ne ipso mox aspectu perterrefacti homines ea refugiant,

(c)

&

& quod illa, quæ ad totius vitæ rationes pertinet, omni cura sint examinanda, & ad intimos usque recessus pertentanda, prout ex horum omissione ingenti suo damno, præter alios, expertum se fatetur *Joannes Wilmot* notus ille Comes Roffensis (de quo plura suo loco in opere) qui Atheismum publicè professus, postmodum autem opitulante DEO saniora sapere doctus, ingenuè fassus est, totius cæcitatis suæ originem fuisse spuria ejusmodi Juris Naturæ principia : *Stulta nimirum ista & absurdæ Philosophia, qua bodie, inquietabat, tam vehementer incantatus est mundus, præcipue quonodo illam Hobbius & quidam alii propagabant, bac est, qua me perdidit, me magnumque numerum meliorum Nationis ingeniorum.*

His porro malis opportune medelam ferre, paucis abhinc annis allaborarunt eruditissimi quidam Scriptores Catholicæ, doctissimas hunc in finem lucubrations edendo, queis periculosa illa principia non modo felicissimè detexerunt, sed & solidissimis rationibus confixerunt. Hos inter singulariter commendari merentur Clarissimi viri *P. Corbinianus Thomas* Ord. S. Bened. in Alma Universitate Salisburgensi nunc Pro-Cancellarius, Vice-Rector, ac S. Scripturæ Professor, in præclarissimo suo opere de *Jure Naturæ*, nitidissimè scripto, & anno 1737. Salisburgi impresso : *P. Ignatius Schwarz ex Inclita Societate JESU, in jur. publ. univers. Nat. & Geut. P. Anselmus Desing in Juris Naturæ Larva detracit, & in Jure Naturæ Liberato ac Repurgato.*

Præstantissima hac ingenia à longe secutus, eorum tamen vestigia fidelissimè legendo, Opellam hanc prelo subjicere statui, eo fine, ut illam evolvendo juveniles animi facillimo labore præparentur, & habiliores efficerentur, ad vasta illa præfatorum, & aliorum Authorum, volumina, & in iis reperta systemata ac principia felicius penetranda. Atque hic est scopus, quem in pagellis his edendis animo Sincero mihi præfixi, huic si exoptatus correponeat effectus, solum Authorem Naturæ in eo glorificari toto mentis affectu desidero.

§. I. Re-

250
175
150
125
100
75
50

§ I.

Recensentur Errores Antiquorum, & Recentiorum circa existentiam Juris Naturae.

SApientissimus rerum omnium Conditor DEUS, qui certa
lege vallabat abyssos: qui circumdabant mari territum
suum, & legem ponebat aquis, ne transirent fines suos:
(a) Ille, inquam, DEUS; qui non tantum siderum me-
tus, anomalis licet admirandis implexos, certis tamen
ijsque constantibus regulis (ut ab Astronomis docemur) alligavit, Deus non
sed & inferioribus hujus mundi corporibus motus quosdam, minus li-
proportione mirabilis definitos, indidit, eorumque operationes bertati
ad communem quemdam consensum attemperavit: quid tamum, humanae
si & libertati humanæ, statim ab initio creationis ejusdem, terminos, quam rebus
seu leges posuerit, quos eidem egredi, quibusve contravenire non liceret? Haec leges, ut dictum, cum ipsa huma-
na natura coeperoent, nam & illa erat; qua sine lege errare
videbantur homines, coquod in societas civiles nudum coi-
vissent, quemlibet eorum jam strinquebant, easque tanquam
omnium actionum normam sequi necessum erat. Haec hincrum
sunt illæ leges, quas, ut ait CICERO: non didicimus, Ne-
gimus, accepimus, verum à natura ipsa intrivimus ad quas non
docti, sed facti; non instruti, sed ambiuti, iugnus: (b) & ut
paucis complectamur, sunt ipsiusnum Jus Naturæ, quod immu-
tatum

minus li-
bertati
humanae
quam rebus
aliis ab ini-
tio termi-
nos posuit
ac leges.

(a) proverb. 8. à v. 27.

(b) II. de LL.

Ha leges respectu hominum sunt ipsum Ius Naturae. tatum semper stetit, etiam tunc, quando homines in societas, tum perfectas, tum imperfectas, coiverunt. Inest enim, nescio quid, & animo inhæret continuò, quod hominem, qua homo est, regit, quodque sine ulla vi coactiva imperii civilis sibi à natura quisque sentit imperari, sine omni, vel sexus, vel dignitatis, aut opum, aliorumve ex accidenti contingentium discrimine.

existentiā Juris Natura īpugnatā vitā Carneades. 2. Ut ut verò Juris hujus existentia neminem, nisi à statu sanz mentis planè dejectum, fugere posse videatur; non defuerunt tamen, nec fors hodie defunt, qui non minus improbo, quam temerario conatu, vel penitus, vel pro parte illud tollere attentarunt. Horum si non primus, inter præcipuos tamen recenseretur meretur CARNEADES, Academicæ philosophiae * sectator, qui *Juris & justitiae naturalis* oppugnationem suscipiens ** asserebat: *jura sibi homines pro utilitate sanxisse, scilicet varia pro moribus, & apud eosdem pro temporibus mutata: Jus naturale esse nullum: omnes & homines, & alias animantes, ad uti, hincque ius natura ducente ferri, proximè aut nullam esse justitiam: aut si sit aliqua, sumمام esse sufficiam: quoniam sibi noverat, alienis commodis consulens;* (c) *** Ejusdem farinæ poëta fuit, qui cecipit:

Jura

* quæ ex instituto nihil definiebat & assensum quidem sustinebat, de omnibus autem questionibus in utramque partem disputabat.

** Cùm Atheniensium Romæ legatus esset tempore M. Porci Catonis censoris, ut testatur Gronovius in suis notis ad Grot. de I. B. & P. in prolog. l. 5: Henecius (ja prolegom. prælect. Academ. in Pufend. libb. de officiis Hōm. & Civis. l. 1.) ex Plutarcho refert, Carneadem aliquando pro justitia, postridie verò contra eandem, *jurisque naturalis existentiam* differuisse, ac properea, Auctore Catone Urbe pulsam.

(c) Lactantius lib. V. Divin. Instit. c. 16.

*** Operose Carneades excusat Auctore disputationis, Lipsiæ anno 1746. impressa, sub titulo: *principium cognoscendi justi & aqui &c. ex utilitate.* l. XXIV. Ubi à variis textibus Ciceronis, aliisque argumentis, hunc philosophum sententiam tamq[ue] probare intentus; quæ tamen in suo valore relinquimus; cùm nos haud sperant, qui non Auctorem sed perversam illam opinionem & rationes ejus, à Lactantio in epitomen redactas, impugnamus.

*Jura inventa metu injusti fatigare necesse est,
Tempora si falsoisque velis evolvere mundi,
Nec natura potest justo secernere iniquum,* (d)

* His adde Arcelaum Anaxagoræ discipulum, cui solenne fuit, *justum & turpe nullum esse natura, sed lege: scilicet liberè lata.* (e) quam insaniam de Cyrennicis quoque legimus; Recensenti qui pariter cenuere; *nihil esse natura justum, vel honestum, vel tur alii quod turpe, sed lege & consuetudine* (f). Alii dein antiquorum plementorum natura nondopoliticorum, Regibus blandiri cupientes, affirmarunt, *Regi gantes. aut civitati nihil inustum, quod utile esse:* (g) item: *ius & fas assidere jovi, ut quidquid Rex facit, id justum fasque sit.* **

3. Sed ne putas antiquos tantum, & quidem gentiles, hujusmodi opinionibus fascinatos fuisse, en! recentioris etiam ævi viros, & quidem religione christianos, sicutius, lue simili infectos. Sic enim Joannes Morvilleius, magni nominis inter suos, Carolo IX. Galliarum Regi, de bello Hispaniæ inferendo cogitanti, ob metum tamen injusticie committendæ sollicito, sequens consilium dedit fertur: *Bellum hoc justum, necessari- Consilium umve sit, disputando non multum immorabor, quod ridiculum Morville- plerisque videatur, principes, & alios, qui Rempublicam tractant, rii Carolo quique ejus utilitate & occasione metiri solent, ad bas scrupu- IX Gallia losns quastiones basitare. - - - nunquam principi auctor ero Regi da- belli suscipiendi, quod non necessitate, aut decoris, aut dignita- tum tis ratione, aut saltem specie tueri possit.* (b)

4. Morvilleio nec hilo melior, imò pejor extitit Thomas Impia Hobbesius *** in suo tractatu de cive, alteroque Leviathan (seu de cœtrina bobumma besii).

A 2

(d) Horat. lib. I. Satyr. 3. V. CXI.

(e) Diog. Läert. Lib. 2. c. 4.

(f) Apud eundem in vita Aristippi.

(g) Ita Euthydemus apud Thucididem Hist. lib. VI.

(h) Thuuanus Hist. lib. VI.

* Heinemann loc. cit. ex Laërtio refert, *Moratum tanum exprimere voluisse sententiam Epicuri.*

** Id solatii Anaxarchus Alexandro M. de cade Clyti regid sub dextrâ perpetratâ, dolenti, impendit.

*** Malmediburiensis Anglus natus 1588. 5. Aprilis, denatus anno 1679. 4. decemb. Insignis aliquin philosophus, cuius etiam scripta philosophica latissima Amstelodami impressa sunt anno 1668.

summa potestate) inscripto, * ubi ijs quidem omnibus hominibus commune attribuit, sed *omnium in omnia*, afferens, omnes quidem illo jure stringi, ita tamen, ut cuilibet impune foret eidem pro libitu se subtrahere: ex quo nil aliud deducit, quam bella, injurias, cœdes, tanquam ex naturali libertate fluentes, itidem innoxie patrari. Ab illo præterea jure *omnium in omnia* subortum esse motum inter homines, ait, præsertim infirmorum à validioribus, eoque compulsoſ (ut vi vim repellerent, securique viverent) societas inlisse, pactis etiam quibusdam intervenientibus, non tamen per modum legis, sed ex mero beneplacito, obligantibus. Societas sic inita, civitatéque constituta (ulterius afferit) quilibet *jus suum*, alioquin singulis *in omnia* competens in eam aut Rectorem ejus translusisse, sive que principem, eo jure suffultum, nihil insulte agere, præser- tim contra exterorū; cum *jus omne solius utilitatis mensurā metiendum sit.*

Afferit statum naturalis pri- 5. Hinc porro concludit, quod status Civitatum sit status perpetui belli, prout antea status naturalis privatorum erat; & quamvis ejusdem Civitatis homines sibi nunc sint amici, exte-*vatorum*, ros tamen omnes respectu ejusdem ut hostes haberi; Hæc ut manifestiora fiant, audiamus ipsum Hobbesium. Ait igitur: *bostis est cuique, cui nec paret, nec imperat.* (i) Item: *status Et civita-* Civitatum inter se naturalis, id est, bostilis est: neque si pugna-*tus esse sta-* re ceſſent, idcirco pax dicenda est, sed respiratio, in qua bostis tum perpe- alterius motum vultumque obſervans, ſecuritatem ſuam non ex-*tui belli.* pacis, sed ex viribus & consiliis adverſarii aſſimilat. (k) Rur-*sus: quamquam tempus nunquam fuerit, in quo unusquisque uni-* uscuſusque bostis erat: Reges tamen, & personæ ſummabentes potestatem, omni tempore bostes inter ſe ſunt. (l) Hoc ergo abominandū in Hobbesi principium est: *jus omnium in omnia*

* Ambo tractatus decreto S. Congregationis judicis 12. Martii 1702. non minus ac scripta Machiavelli proscripta ſunt. Ansam Hobbesio illos edendi præbuit niunius in Carolum I. Anglia Regem affectus, & odiu in ſenatum patrium, contra Alteſatum nimis Crudelem. Quo ſimil intendiſſe videtur in illis Anglo-rum turbis potestatem Regiam, etiam ultra despoticum Machiavellicum firmare (ait Clr. P. Schwarz in prolog. jur. publ. Inſtruct. 7. §. 4. f. m. 242.) hinc Rex ſorbiario dixerat: ſe uii Hobbesio in vicem urſi, ad maloſorum Vires tentandas, & acuendas.

(i) De Cive c. 9. §. 5. (k) Ibid. c. 13. § 7.
(l) In ſuo Leviathan. c. 13.

mia, bellum omnium in omnes, ex quo fæderum omnium sanctitas per necessariam consequentiā tollitur, dum nulla, inter pax neque principes etiam Christianos, pacis firmitas locum amplius obtinet, nisi quamdiu utilis. His si adjungas ea, quæ Hobbesius firma esse de hominum subitaneo, fungorum adinstar è terra ortu, sine possunt. Hinc neque ulla erga se invicem obligatione, fingit, (m) à dementia pa-
rū absuisse cum Gröningio censem; vel id ei occines, quod filio bobbe Democbarres Laconensis de stratocle dixisse fertur: *insaniret, si de ortu nisi insaniret.* *

6. Potat quidem Pufendorfius (n) Hobbesii mentem à quibusdam eruditis nimis quàm sinistrè fuisse acceptam. Verū hic ipsem Auctor, utut Hobbesium l. c. satis operosè videtur excusare voluisse ex eo, quòd ejusmodi errores per quasdam subin hypotheses doceat: non tamen id seriò intendisse Pufendorfium, patet ex propriis ejus Verbis, dum ait: „Ist Pufendorf, „hæc quidem utcunque tolerabilia videri possent, si duntaxat suis eum ex- „per modum hypotheseos assumerentur, in quo sensu ea- cuare nit- „dem ab ipso Hobbesio accipi ex cap. 8. §. 1. de Cive vide- tur, „tur colligi, ubi ita dicit: *ut redeamus iterum in statum na- turalem, consideremusque homines, tanquam si essent jam su- bito è terra fungorum more exorti & adulti, sine omni uni- us ad alterum obligatione.* „. Alio tamen loco (de Cive c. 13. §. 7.) & passim non per modum hypotheseos, sed seriò statum Civitatum vocat *naturalem*, id est *hostilem*. „. Huc Sed non se- usque Pufendorfius. (o) Dein, si permetteremus etiam ab Hobbessio subinde per modum hypothesis talia proponi, hoc ip- sum tamen in re tanti momenti, & cum periculo perversio- aliorum conjunctâ, à temeritate palpabili excusari non posset; permisum mala liquidem & impia consuetudo est, contra Deos disputandi, est. five animo id fuit, five simulato. (p)

A 3

7. De

(m) De Cive c. 8. §. 1.

(n) De I. N. & G. lib. 2. c. 3. §. 16.

* Stratocles homo scurrili impudentiū (ut ait Plutarchus in Demetrio) decretum fecit, scivisse (jussisse) populum Atheniensem, in quidquid Rex Demetrius jussisset, id fas apud Deos, iustum apud homines haberetur. Cum autem non nemo Magnatum Stratoclem insanire propere argueret; Democbarres respondit: *insaniret vero, nisi insaniret.*

(o) Loc. cit. cap. 2. §. 7.

(p) Cicero 2. de Nat. Deor.

Samuelis

Rachelii de ita differit: nunquam, fateor incidi, in ullum scriptorem, qui Hobbesii absurdiora ac tertiiora placita orbi exposuerat: ut Jane miratus doctrina ju fuerim, quo modo ullius Viri, docti bonique suffragium mereri dicimus.

*Et aliorum protestan-
tium.*

*Quis fue-
rit Benedi-
ctus Spino-
sa?*

*Eius abo-
minanda
doctrina.*

*Praesertim
de justitia
& cbarita-
te.*

7. De hac porro doctrina Hobbesii *Samuel Rachelius* (q) ita differit: *nunquam, fateor incidi, in ullum scriptorem, qui Hobbesii absurdiora ac tertiiora placita orbi exposuerat: ut Jane miratus doctrina ju fuerim, quo modo ullius Viri, docti bonique suffragium mereri potuerit.* Hinc non mirum, si de eodem Hobbesio pronuntiare non vereatur & illud: *occupat extremum scabies* (r) indicare nimirum intendens, doctrinam ejus inter omnes de *Fu-
re Natura lucubrationes postremo loco collocandam esse.* Si milia de scriptis ejus alii auctores, quamquam protestantes, magno numero judicia tulerunt. (s)

8. Licet autem haec de scriptis Hobbesii judicia sint verisimilis, ipseque Author dignus sit (ut ait Conringius) *quem omnium odia excipiant;* alium tamen tibi sistimus amice lector, prae cujus impudentia tolerabilior adhuc esse videtur insania & improbitas Hobbesii. Est autem portentum hoc *Benedictus spino-
nosa.* * Hic ergo tum in *Epistolis suis*, tum in *Ethica ordine
geometrico demonstrata*, tum in *tractatu Theologico-politico*, perversissimum de juris naturae principiis systema producit, dum omnem *justitiam & cbaritatem* meritis hominum conventionibus, ac imperii summi fulcro inniti perhibet, quibus sepositis, ambas virtutes ex integro corruere necesse est, en! propria ejus verba, dum ait, eos, qui summum imperium tenent, *solos jus babere discernendi, quid justum, quid injustum, quid pium, & quid impium sit.* (t) Et, *justitia, inquit, & absolute omnia vera rationis documenta, & consequenter erga proximum Cbaritas, a solo imperii jure, hoc est, a solo eorum decreto, qui jus impe-
randi habent, vim juris & mandati accipiunt.* (u)

9. Ut

(q) *Dissert. I. de jur. Nat. & Gent. n. 109.*

(r) *L. c. n. 105.*

(f) *Vid. Clr. P. Thomas de jure Nat. dissert.*
4. §. 2. n. 3. & Cl. P. Schwarz l. cit. fol. m. 240. & seq. ubi adhuc plura de judicio Pufendorffii habet; & fol. 242. Ubi epitomen totius doctrinæ Hobbesianæ exhibet.

(t) *In tract. Theol. polit. ad initium.*

(u) *Ibidem cap. 19.*

* *Amstelodamensis, in judaismo natus & educatus, qui postmodum saltem de-
seruisse synagogam visus est, si non ex malo iudeo factus sit pessimus Christianus, imo Atheus; cum & praepotorem in lingua latina babueris Me-
dicum Atheistam.*

9. Ut porro magis adhuc impietas hominis detegatur, sciendum est, eum *jus Naturale* non in cuiuslibet individui *sana ratione*, sed *cupiditate ac potentia* reposuisse: rursus enim *rale* *cujus* *hæc* evomit; *Uniuscujusque individui naturale jus eousque se extendit, quo ejus potentia: & consequenter quidquid unusquisque homo ex legibus sua naturæ agit, id summo naturæ jure potentia reagit, tantumque in naturam habet juris, quantum valet* (w) posuit. *Jus naturale cujus libet in cuius* *extendit, quo ejus potentia: & consequenter quidquid unusquisque homo ex legibus sua naturæ agit, id summo naturæ jure potentia reagit, tantumque in naturam habet juris, quantum valet* (w) posuit.
 At nondum quiescit viri impudentia, sed (x) pactis quoque ac fæderibus firmitatem omnem denegat, ea non diutius in suo fæderi non robore permanere afferens, quām vel spes lucri, vel damni *diutius sermetus* permittunt, quorum etiam uno deficiente sine omni *vanda* *perfidiæ* nota illa dissolvi posse contendit; hinc civitatem, ejusmodi pactionibus nimirū fidentem, nihil habere, quod planat, præter nimirum simplicitatem, qua fidei alienæ salutem suam concredidit. Quamvis autem à Sacris litteris pacta conventa servare jubeamus, earum tamen doctrinam præcisè genericam esse tradit, à qua casus singulares excipiendi cuiuslibet judicio relinquuntur. Alia insuper impudentissimus homo ex memoratis principiis suis infert, quæ sine offensione summa *f. scriptura affingat.*

§. II.

Memorati errores refutantur, & Juris Naturalis existentia stabilitur.

10. Recensitis præcipuis circa juris Naturalis existentiam erroribus, eorum refutatio cuicunque sana ratione utenti difficultis non est; cùm ejusmodi opinionum portenta totum genus humanum prima statim fronte perhorrescat. Ad id proin quovis meliori modo præstandum accingimur. Ut autem ordinatiū procedamus, à Carnende, & ejus aſſecclis rurus initium ducemus. Si proin per hunc philosophum *jus Naturæ nullum*; si homines à natura præcisè ad proprias utilitates diriguntur; si nulla justitia; vel bac summa stultitia foret, homo non tantum ex humana sua conditione, sed & infra omnia

Facile refutantur prædicti errores

{w) Loc. cit. cap. 2. n. 4.

(x) Ibidem cap. 3.

Agitur contra Carneum & ojus affectus.

dia animantia reliqua dejiceretur, cùm tamen certum sit, ipsum non tantùm esse *animans*, sed etiam *extimium animans* (y) multóque longius distans à coeteris omnibus, quàm eorum species inter se; id autem præprimis verum non esset, si homines propriam solùm *utilitatem* in omnibus respicerent, cùm in hoc ab aliis animantibus vincerentur, nam & hæc, quamvis ratione haud procedita, propriæ tamen utilitatis studio non ita feruntur, ut alienam non curent.

Præclarus Pbilus.

Ex quibus probantur homines ad sollitatem utilitatem propriam in clinari.

Quod ultius offendit Grotius usus exemplum infantum.

11. In hujus confirmationem audi quæso *Pbilonem*, satis emphaticè ad propositum nostrum perorantem: „ Imitatores, „ inquit, saltē mutorum animantium estote homines. Be- „ neficio vicem rependere illa edocta norunt; canes domūs „ defensores sunt: quin & pro heris moriuntur, si quod subi- „ tò periculum eos contigerit. - - - - Nonne inter foeda fœ- „ dissum est, in referenda gratia hominem vinci à cane; mi- „ tissimum animal à ferocissimo? quod si à terrestribus non fa- „ tis edocemur, transeamus ad naturam volucrum, aëris via- „ tricem, ut vel inde discamus, quod oportet. Ciconiarum „ senes in nidis manent, volare invalidæ. Harum soboles per „ omnes, propè sic dixerim, terras mariaque volitant, victum „ undique parentibus querentes, illæ pro ætatis merito fru- „ untur quiete &c. „ Huc usque *Pbilo*. (z) Falsum est igitur „ hominem & reliqua animantia propriæ tantùm utilitatis studio „ ferri. Probat hoc ulteriùs sèpè laudatus *Hugo Grotius* (a) „ exemplo infantum, in quibus “ ante omnem disciplinam ostendit se ad bene aliis faciendum propensio quædam, prudenter „ à Plutarcho observata: sicut & in ea ætate misericordia sponte „ te porumpit. Homini verò perfectæ ætatis, cùm circa simili- „ lia similiter agere nôrit, cum societatis appetitu excellen- „ te, cuius peculiare solus inter animantes instrumentum ha- „ dit sermonem inesse etiam facultatem sciendi agendique se- „ cundùm generalia præcepta, par est intelligi, cui quæ con- „ veniunt, ea jam sunt non omnium quidem animantium, sed „ humanae naturæ congruentia. Hæc verò in societatis custo- „ dia

(y) Cicero I. de Leg.

(z) Ad quintum Decalogi præceptum.

(a) In prolog. §. 7. & 8.

„ dia humano intellegui conveniens; fons est ejus juris, quod *Item ex ap-*
 „ propriè tali nomine appellatur: quo pertinent alieni absti- *petita fo-*
 „ nentia, & si quid alieni habeamus, aut lucri inde fecerimus; *ceteratis &*
 „ restitutio, promissorum implendorum obligatio, damni cul- *sermone bo-*
 „ pa dati reparatio, & poenæ inter homines meritum. „ *Ita mini con-*
Grotius; cujus discursum magis adhuc illustrat Gronovius (b) cesso.
 ita scribens: “ Homo appetit societatem, quia ea juvatur &
 „ conservatur: & si nihil juvaretur, ac sibi sufficeret, eam ap-
 „ peteret tamen, ne sermo esset otiosus sibi; deinde ut, quæ
 „ habet commoda, cum aliis communicaret: (bonum enim
 „ est communicativum sui) aut saltem aliis demonstraret; na-
 „ turaliter enim gaudia testem requirunt. Jam qui socium ad-
 „ mittit, qui vicinum, necesse est aliquid ei tribuat, aliquid
 „ in illo ferat, & sibi minus indulgeat, ut eadem vicissim con-
 „ sequatur à socio. Qui contubernalem adsciscit, necesse est
 „ partem cubiculi ei permittat &c. „ *Hucusque Gronovius, Magis id à*
 & verissime: sapienter enim dixit Cicero: (c) *Si pateriat, cu-*
jus munieris colendi efficiendique causa nati & in lucem editi si-
mus, quæ sit conjunctio hominum, quæ naturalis societas inter
ipsos; bis explicatis, fontem legis & juris inveniri. Ex dictis
 autem, imo ex dictamine rationis quilibet intelligit ob solam
 utilitatem propriam se natum ac in lucem editum non esse.

12. Patet igitur *homines non pro sola sua utilitate sibi ju-* *Jura ci-.*
ra constituisse, & consequenter jus naturale nullum esse; imo lia vel in se
 amplius liquet hoc ex eo, quod illa ipsa jura civilia ab hominibus complec-
 nibus sancta, præcipua capita, pro salute generis humani a tuntur vel
 jure naturæ dictata, in se complectantur, aut supponant; qui supponunt
 bus dein superstruunt, & addunt ea, quæ particularis singu- *præcipua*
 larum Civitatum utilitas exigit. Quod autem Horatius ait, *juris natu-*
jura inventa esse metu injusti, & quod natura justum ab injusto ratis capi-
secernere non possit; quoad primum in eo tantum sensu verum *ta profata*
 est, quod, cum nudum rationis dictamen ad effrenem homi- *te generis*
 num licentiam reprimendam non sufficeret, inventæ sint cum bumanis
 in finem leges poenales. Quoad secundum omnino falsum est *Qualiter*
 de natura rationali; quamvis non semper è stapede, ut ajunt, *jura sunt in*
 resolvere possit, hoc vel illud præcipi, aut vetari à lege na- *venta metu*
 turæ injusti?

B

(b) Ad cit. §. 8. Grotii.

(c) I. de leg.

Falsum est, turæ. Patet hoc ex cujuscunque conscientiæ synteresi, quæ cunctis, etiam principibus, superiorum potestatem non agnoscuntibus, remorsum aliquem ingerit ratione pœna, ob transgressionem nempe legis, certè non alterius, quam *naturalis*, re iussum ab injusso. Non est di- 13. Postremum denique quod *Carneades* obgannit, *justiti- etum ratio-* am esse summam stultitiam, adeò à sana ratione deflectit, ut *noni conveni-* summè mirandum sit, humano intellectui simile paradoxum in- *ens, justiti-* cidere potuisse. Pone enim (ut exemplis veritas clarescat) *am esse sum-* furtis quemquem ditescere; nunquid *summam stultitiae argumen-* *tom stul-* dus hic eset, si ablata restitueret, eoquod per hoc sibi noceres *titiam.* alienis commodis consulens, ut arguit *Carneades*? pone jam alium, qui fortunâ suâ contentus, aliena relinquat intacta, nunquid & hic stulti nomine à *Carneade* notabitur? pone de- nuò priorem ablata non restituere, sed de furto convictum in furcam agi. Quisnam obsecro sapientius egit, an prior negli- gendo, an posterior custodiendo justitiam? quivis certè pru- dens illi primas dabit, qui aliena non rapuit: & tamen hic secundum justitiae leges egit. Verius igitur est *injustitiam* potius esse summam stultitiam; cultores autem justitiae sapienti- fumis annumerandos; nam *perspicuum est, nisi æquitas, fides, justitia proficiantur à natura, & si bac omnia ad utilitatem referantur, virum bonum (& consequenter sapientem) non posse reperiri.* (d) Ast quid moramur in detegenda veritate cunctis propatula, si eos excipias, qui vel in corde suo dicunt: non est Deus, vel profligatæ vitæ idololatras, Legislatorem, omni naturâ superiorum, ejusque legem, per dictamen ratio- nis intimatam ignorare affectant, nec tamen possunt; quos inter *Carneades* ac coeteri ejusdem furfuris homines (si tamen homines dicendi) quorum insaniam hucusque perstrinximus.

Sapienter agit qui ju- 14. His igitur omisis, illi potius à nobis impugnandi sunt, qui (ut Apostolus ait: (e)) confitentur se nosse DEUM (ejus- que legem) factis autem negant, cum sint abominati & incre- dibiles, & ad omne opus bonum reprobi. Tales fuere pseudo- christiani illi, Thomas Hobbesius, & alii, quorum impia do- gmata superius à num. 3. recensuimus. Horum igitur abo- minande

ste, inspi-

enter au-

tem, qui

injustæ.

Probatur

boc effato

Ciceronis.

Incipiunt

refutatio-

nes Hobbe-

sii & ei sa-

milium

(d) Cicero 2. de fin.

(e) Epist. ad Tit. cap. 1. v. 16.

minandæ doctrinæ , protestantibus etiam exosæ (f) præprioris opponimus auctoritatem sacram & profanam consensu gentium obfirmatam , juris naturalis existentiam (quam perversi homines illi tollere aut labefactare conantur) afferentem . Audite proin *Habbesii* sectatores (quorum prô dolor ! non paucos etiam hoc ævo reperire est) audite inquam scripturam (si tamen hujus etiam testimonialis aurem adhuc præbere dignemini , qui non tantum ab Ecclesia , sed & ab ipso DEO prorsus impia mente aversi esse comprobamini) audite Doctorem Gentium (g) de illis , qui veri numinis agnitione destituti sunt , Adducitur perorantem : *Gentes* , ait , qua legem (scriptam) non habent , testimonio Naturaliter , (ex instinctu naturæ) ea , qua legis sunt , faci- um S. scriunt ; ejusmodi legem non habentes , ipsi sibi sunt lex , qui ostendunt opus legis scriptum in cordibus suis , testimonium illis redente conscientia ipsorum , & inter se invicem cogitationibus accusantibus & defendantibus &c.

15. A Sacris litteris veniamus ad SS. Patres , quorum do- *Et Sancto*
Etrinam si adversarii vilipendant , non minus insipientiam suam , *rum Pa-*
quam animum ex integro perversum , confessione propria lucu- *trum.*
lenter ostendunt , dum viros pietate non minus , quam doctrinâ insignes , quibusdam pseudo - politicis , & principum adulato-
toribus postponere non verentur . Sic ergo S. *Augustinus* ma- *Principie*
gnum illud Ecclesiaz lumen (b) *Lex tua* , inquit , *Domine scri- sancti Au-*
pta est in cordibus hominum , *quam ne ipsa quidem delet iniqui- gustini.*
tas. Plura si viri hujus Sanctissimi testimonia petas , libros ejus
de civitate DEI , *de providentia divina* , *de doctrina Christia-*
na evolve . Huic adjungo S. *Hieronymum Doctoris maximi* S. *Hiero-*
nominie jam pridem insignitum , qui (i) ait : *Ista lex , qua in nymis.*
corde scribitur , omnes continet notiones , & nullus est , qui banc
legem nesciat. Et alibi : (k) nulla extabat lex de vindicando
parricidio , & tamen ex ratione judicavit *CAIN* , se mortem
meruisse , & ex horrore conscientia dixit : *Omnis qui inve-*
nerit me , occidet me. Verum ne prolixiores nos esse arguas ,

(f) Vid. Clr. P. Thomas l. c. dissert. 4. §. 2. à n. 3. & Clr. P. Ignat. Schwarz l. cit. in prolog. instruct. 7. §. 4. Fol. m. 240.

(g) Ad Rom. 2. v. 14.

(h) Lib. 2. Confess. cap. 4.

(i) In Epist. ad Algas. q. 8.

(k) ad cap. 4. genesis.

S. Ambro- ipse met Patrum scripta, consule, præsertim S. Ambrosii librum
fii. tertium de officiis, ubi similia dicta magno numero reperies.

Allegatur 16. Auctoritatem sacram testimonia profana excipiunt,
auctoritas antiquorum scilicet Philosophorum, qui licet (monente Gro-
Pbilosopho- phio) particulari cuidam secta, argumento, causæ, servire sole-
Monitum ment, tamen ubi multi diversis temporibus ac locis idem pro cer-
Grotii de to affirmant, id ad causam universalem referri debet, qua in
Pbilosoph. nostris questionibus alia esse non potest, quam aut recta illatio
testimoniis ex natura principiis procedens, aut universalis consensus. Inter
hos præcipue legis naturalis existentiam propugnârunt stoici,
à quorum dogmati uti totus pendebat Cicero, non minus elo-
quentiâ, quam philosophiâ insignis; ita ex eorum doctrina ad
propositum nostrum sequentia effatur cujusque menti altissimè
Effatum imprimenda: *Hanc video, inquit, sapientissimorum fuisse sen-*
Ciceronis *tentiam, legem neque bominum ingeniis excogitatam, neque sci-*
de existen- *tum aliquid esse populorum, sed aeternum quiddam, quod uni-*
tia juris *versum mundum regeret imperandi prohibendique sapientiâ.* (l)
Natura. & alibi: (m) de eadem lege addit: quam non aedicimus, le-
gimus, accepimus, verum à natura ipsa arripuiimus, ad quam
non docti, sed facti, non instituti, sed imbuti sumus. Similitati-
Item Pla- bi subministrabunt Aristotelis libri Etbicorum, Platonis Dialo-
tonis Et^r A- gi de Republica, & alii philosophi passim, quorum dictis dum
rיסטotelis. brevitatis amicæ studio supersedemus, unius adhuc Seneca
verba adjungimus, qui (n) *Lucilium suum in hæc verba docet:*
primi mortalium, & ex iis geniti naturam (dictamen rationis)
incorruptè sequebantur, eamque babebant & ducem & legem.

Suffraga- 17. Præfatæ porro auctoritates, tum sacræ, tum profa-
næ, per consensum gentium mirifice confirmantur, ut à qua-
sensus genti- rumdam & morum earum inductione liquidò constabit. Sic
um. enim Imò Tertullianus (o) de temporibus ante-Mosaicis: *Unde*
Noë, inquit, inventus justus, si non illum naturalis legis justi-
De tempo- *tia præcedebat?* Unde Abraham amicus Dei deputatus, si non
ribus ante- de æquitate & justitia legis naturalis? & alibi de gente Judai-
Mosaicis. ca: *Ante legem Moysis scriptam in tabulis lapideis legem fuisse*
con-

(1) 2. de leg.

(n) Epist. 90.

(m) In orat. pro Milone.

(o) Advers. Judæos. cap. 2.

contendo non scriptam, qua Naturaliter intelligebatur, Et à Testimonio Patribus custodiebatur. 2. de primis Romanorum ita Sallustum de Ro- stius: (p) *Ius bonumque apud eos non legibus magis, quād manis.* turd valebat. De his ipsis Lactant. firm. (q) *Nec disciplina, inquit, eos ad rectum, sed natura perducit, quā sapius etiam indoctos impellit ad laudem.* 3. De scythis, populo alioquin Item de barbaro justinus (r) ait: *justitia gentis ingenii culta, non le-scytbis. gibis (positivis) nullum scelus apud eos furto gravius; quippe sine teō munimentōque pecora Et armenta babentibus quid salvum esset, si furari liceret? prorsus ut admirabile videatur hoc illis naturam dare, quod graci longā sapientum doctrinā, praeceptis- que philosophorum consequi nequeunt, cultosque mores inculca barbaria collatione superari.* 4. (ut alla passim apud Auto- res obvia exempla omissamus) Tacitus (s) inquit; *vetustissimi. Assertum mi sine mala libidine, eō que sine pēna agebant, nec pramissis opus erat, Et cūm nibil prater morem cuperent, nibil per metum vetabatur.* Sed ne prolixiores esse videamur, elegans tantummodo seneca dictum superaddimus, nempe: *Argumentum veritatis est, aliquid omnibus videri.* (t)

18. Verū paulisper hīc subsistens quāris, qua ratione ex Objectio de moribus & consensu gentium juris naturalis existentia probari putativo possit, cūm ab exemplis aliarum Nationum, etiam moratiorum consensu contrarium potius elucescat? sic enim, Imò, Plutarchus (u) gentium testatur, *Lacedamonios in modo cautē furandi pueros instituisse, contrario. ac eorum ingeniosa fūta, tanquam artis militaris non contemnenda praeludia suspexisse.* * 2. *Partbi Et magi honestissimam Spartani sepulturam avium aut canum laniatus putavere.* (w) Quod ipso sum de Hyrcanis, aliisque gentibus traditur, quibus pro sepulchro canes fuere, eūmque in finem sepulchrales dicti, affluent cibo

B 3

(p) In Catilin. c. 9.

(q) Divin. instit. lib. 3. c. 15.

(r) Apud Clr. P. Thomas.

(s) III. Annal. 26.

(t) Epist. 117.

(u) In Lycurgo.

(w) Alexander ab Alexand. genial. dier. I. 3. c. 2.

* *Furantur autem (ait Plutarchus loco cit.) tam accuras, ut fama sit, puerum quemdam, cūm catulum vulpis clepisset, ac pallio operauisset, laniatum ab eo dentibus Et unquibus ventrem, adeo sustinuisse lacendi causā, ut mortem obierit.*

Alia gen- cibo nutriti, & à quolibet in vita, ad corpus suum aliquando
tes pro se- exanime lacerandum, parati; quem sepeliendi modum eximi-
pulcbris um etiam, ac solennem habebant 3. *Derbices* (gens qua-
elegerunt dam persica) & *Hyberni* (populi ambo indomiti) parentes,
corpora vi- & affines, qui succubuerent, commisere, pietatis, maximaque bo-
vorum ani- nestatis munus putabant. Similia de aliis passim referunt Histo-
matum. rici, quæ tamen omnia juri naturali refragari neque nos ab-
 nuimus.

Responde-
tur ad ob-
jectionem.

Spartani
credebant
furta esse
bona fæta.

Quod pro-
venie ex eo,
quia con-
fundebant
utile cum
bono esto.

In hoc er-
rarunt
plures teste
Cicerone.

Gentes in vita potuit afferri. (y) His tamen non obstantibus, omnes
eo consen- gentes, saltem moratores, in eo consentiunt, omniumque
 mentibus

19. Ast hæc non enervant asserta nostra; id enim solummo-
 do probant exempla memorata (si tamen hæc & alia ejusmodi
 veritatis limites semper teneant) ex consensu gentium non sem-
 per deduci posse, quænam naturæ legibus præcepta sint, aut
 prohibita. Imò nationes illæ, quæ vel furta fovebant, vel vi-
 va animalium sepulchra sibi, aut parentibus, aliisque propin-
 quis destinabant, hæc omnia tanquam honesta ac laudabilia su-
 spiciebant, quod in specie de Spartanis dicendum, qui furorum
 juvenilium calliditatem patræ summè utilem & eo ipso natu-
 ræ legibus conformem judicabant; unde factum est, ut pueri
 minùs cautè vel astutè furantes, ob negligentiam & imperitiam
 suam vapularent multis. *Cui rei ne fides derogetur* (Inquit Plu-
 tarchus ubi supra) *efficiunt pueri, quos nostra etiam tempestate*
vidimus aliquoties ad aram Diana orthia verberibus casos mors.
 Quòd autem Lacedæmonii hæc omnia naturæ legibus congrue-
 re autumarint, exinde docemur, quòd hæc natio gentibus mo-
 ratoriibus certò annumeretur, & consequenter nemo pruden-
 ter suspicari possit, ab ea jus Naturæ inter non entia moralia
 computatum fuisse. In hoc tamen cum pluribus aliis errarunt,
 quod primam honesti partem in patræ sua utilitate posuerint;
 jus enim aliud nec norunt, nec discunt, quidm unde spartam pu-
 tent posse augeri ait Plutarchus. (x) Error autem hic exinde
 traxit originem, quod in verbo (*Utilis*) *lapsa consuetudo fle-*
xit de via, sensimque ed deducta est, ut ab bono esto utile secerne-
ret, & constitueret bonum aliquid, quod utile non esset, &
utile, quod non bonum. *Qua nulla pernicies major hominum*

(x) In Agesila o.

(y) Cicero a. de offic.

mentibus insita veritas est, aliqua demum esse, ad quæ Naturæ impellat, tanquam præcepta, & alia, à quibus tanquam saltēm alietatis avocet. *Quæ enim Natio non comitatem, non benignitatem, non gratum animum & beneficii memorem diligit? quæ natura præsuperbos, quæ maleficos, quæ crudeles, quæ ingratos non aspernatur, & odit?* (z)

tiunt, quod
saltēm ali-
qua sint &
cepta aut
veritas.

20. Ex his omnibus porro consequaneum est, quām nefandum sit principium Hobbesii: *jus omnium in omnia, bellum quæla ex omnium in omnes.* Per illud enim omne jus, omnis comitas, principio benignitas, & quidquid, testante S. scriptura, Patribus, antiquis philosophis, & consensu gentium, natura inculcat, ex humana conditione expellitur, imo homo ex homine exturbatur, ferociorque esse permittitur, quām ferocissima quæque bruta; ut enim poëta canit: (a)

*quo nemore unquam
Expiravit aper majores dentibus apri?
Indica Tigris agit rabida cum Tigride pacem
Perpetuam, favis inter se convenit ursis.*

Enī belluae cohibentur à natura, nec ruunt in sibi similes; *Quod Homiam & lupi non nisi sæva hyeme in se mutuo adiunguntur, ut mo fero* proverbium habet: & solus homo ratione præditus, non tantum cior effet, tūm connivente, sed & instigante natura, pro libitu in hominem irruat? quid quælo magis rationi & persuasiōni communi luas. adversatur?

21. Verūm non egerent Hobbesiani, Spinolistæ, & similes alienis testimonii, quæ superiū magno numero attulimus, si modò propriam consulerent mentem; nam & sceleratissimi vim quamdam in se experiuntur, ad hoc vel illud impellentem, ab aliis autem retrahentem; ut enim ait S. Chrysostomus: (b) *Etiam scelerati & negantes, et si millies quis improbus fuerit, non interit judicium conscientia.* Quis enim est, qui non aliquando ab odio DEI, à blasphemis, à perjuriis, à rapinis, & aliorum cœdibus, aliisve criminibus, insitâ quadam aversione, ac horrore retentus fuerit, vel qui post similia nefanda, etiam occultissimè patrata, nullum

(z) Cicero 2. de Leg.

(a) Juvenalis Satyr. 15.

(b) Homil. 17. in genes.

nullum unquam conscientiae remorsum senserit? Quis est, qui opera quædam V. g. reverentiam erga parentes, beneficentiam in egenos, auxilium periclitanti proximo impensum in semet ipso, vel aliis, tanquam rationi summè congrua, non approbaverit, iisque contraria tanquam rationi adversantia, vitu-

Et metum periūmque ac pœnam promerentia, non damnaverit? Nemipena ob nem certè reperies (etiam inter Monarchas, superiorum nullum in mundo reverentes) qui non ob atrocissima scelera commissa metum quemdam pœnæ aliquando in se notaverit: qui metus aliunde provenire certè non potuit, nisi à transgressione legis, ubi enim lex non est, ibi nec pœna locum habet. Quæ-

non datur autem pœna metus fine lege. nam autem illa lex est, nisi ea, quæ à supremo Legislatore DÉO Scripta est in cordibus nostris, ac jus Naturæ vocari consuevit? frustraneus igitur labor est, existentiam legis Naturæ eliminare, aut labefactare velle; quibuscunque enim verborum phaleris aut involucris vel cum Hobbesio, vel cum spino/a vel cum aliis, id attentaveris, nullo tempore tamen malitia tua quietam possessionem adipisceris; nam propriæ conscientiæ tuæ stimuli nunquam reclamare cessabunt, semperque manebit inconclusum illud Poëtæ: (c) stat ratio contra & secretam gannit in aurem; ne licent facere id, quod quis vitiabit agendo. & Lactan-

Hac vero lex non a- bii, nisi na- tura. tii (d) ex libris Tullii de Republica mutuatum, ubi sic effatur: Est quidem vera lex, recta ratio, naturæ congruens, diffusa in omnes, constans, sempiterna, qua vocet ad officium jubendo, vetando à fraude deterreat: qua tamen neque probos frustra jubet, aut vetat (hos enim obsequentes habet) nec improbos jubendo aut vetando movet (ad legis hujus observantiam) Huic legi nec abrogari fas est, neque derogari ex hac aliquid licet. Nec verd

Conclusio bujus § per aureum di- Etum. Cice- rozis. aut per senatum aut per populum solvi hac lege possumus. Neque est querendus explanator, aut interpres ejus alius. Nec erit alia lex Roma, alia Atbenis, alia nunc, alia postbac: sed & omnes gentes, & uno tempore, una lex, & sempiterna, & immutabilis continebit, uniùsque erit communis quasi Magister, & Imperator omnium DÉUS; ille legis bujus inventor, disceptator, lator, cui qui non parebit, ipse se fugiet, ac naturam hominis aspernabitur, hoc ipso luet maximas pœnas, etiamsi cetera supplicia, qua putantur, effugiet.

§. III. De

(c) Pers. Satyra 5. v. 96.

(d) Lib. 6. Instit. c. 8.

§. III.

De Juris Naturalis essentia.

22. Sic ut in praecedentibus existentiam Juris Naturalis præstabilire necesse fuit: cum frustra de Jure suscipiatur disputatione, si ipsum jus nullum: (e) ita juris ejusdem essentiam (succinctè tamen) declarare prius oportet, quām in ilius principium, tanquam scopum nobis præfixum, inquiramus, Præstabilitas monitione Ciceronis. Auctores excogitaverint; quæ tamen varietas magna ex parte non aliunde originem traxisse videtur quām ex diversitate opinionum circa juris ejusdem cognoscendi principium; quales enim in hoc puncto sententias singuli sive amplexi, eisdem quoque definitiones suas adaptare studuerunt.

23. Illarum porrò celebriores hic referre juverit, queis nostram dein subnecemus. Igitur (ut ab antiquis initium ducamus) Domitius Ulpianus jus Naturale dicit, quod Natura omnia animalia docuit. (g) Ciceroni est recta ratio naturæ congruens. (b) Ulpiani & alibi vero, recto, & a Numine Deorum tracta ratio, imperans ceronis, & bonefæ, & probibens contraria. (i) L. Annae Seneca dicitur, Seneca, Divina Ratio toti mundo & partibus ejus inserta. (k)

24. Recentiorum agmen dicit Hugo grotius, qui jus Naturæ Hugo grotii. definit, quod sit dictamen rectæ rationis, indicans, actui alicui, Grotii. ex ejus convenientia aut disconvenientia cum ipsa natura rationali, inesse moralem turpitudinem, aut necessitatem moralem, ac consequenter ab Autore Naturæ DEO talen adum aut verari aut præcipi. (l) *

25. Illustris Pufendorfius legem naturalem ait esse illam, quæ Pufendorf cum rationali ac sociali natura hominis ita congruit, ut humano sit generi

C

(e) Grot. de I. B. & P. in prolog. §. 5.

(f) de offic.

(g) L. I. §. 3. ff. de I. & I. (h) III. de Republ.

(i) II. de LL.

(k) Lib. 4. de Benefic. c. 4. (l) de Iur. B. & P. Lib. I. c. i §. 10.

* D. Jean Barbevrae Grotii notator huic definitioni, post vocabula *natura rationali*, addit: *ac sociali*; juxta mentem scilicet ipsius Auctoris, loc. cit. §. 12, n. 1. expressam.

generi honesta, & pacifica Societas, citra eandem, constare negqueat (m) Hanc ipsam definitionem Immanuel Weberus Pufendorfii scholiaffes succinctius exhibit, dicens, jus Naturæ esse dictamen Rationis rectæ, super socialitatem reflexum, officia hominum incumbentia proponens. (n)

Samuelis Rachelii, 25. Aliam, & fors justo prolixioram legis Naturæ descriptionem exhibit Samuel Rachelius, volens illam esse jus à providentia Divina, juxta ideam legis aeternæ profectum, hominis natura rationali & sociali accommodatum, quod in illius mente per rectam rationem promulgatum cum obligat, ut suos actus ad bujus juris normam componat, atque ita suam felicitatem consequatur. (o) Haud minus succincte Illustris Böbmerus jus Naturæ describit, dum ait, quod sit norma à DEO cordibus hominum inscripta, secundum quam homines sibi invicem obligantur ad pacem & tranquillitatem, tanquam unicum illud vinculum societatis humanae inter se conservandum, enique fugienda qua eadem tollunt, ad totius humani generis felicitatem aeternam. (p) Magnif. P. Schmier jus Naturæ definit, quod sit ordinatio divisa sapientia per dictamen syntesis Naturæ rationali manifestata, præcipiens ea, quae recta rationi sunt consentanea, & prohibens contraria. (q) cum hac definitione coincidit ea, quam habet clarissimus. P. Ignatius Schwarz. (r)

Nostra definitio. 26. Hæ porro sunt præcipuae definitiones ac descriptiones juris Naturalis, circa quas id unum hic notamus, illarum quasdam nimium succinctas, alias vero nimis prolixas, aut impræcarias esse, excepta ultima, quam inter relatas prævalere censemus, optimam tamen judicantes eam, quam tradit clarissimus. P. Corbinianus Thomas. (s) cum quo proin sentimus, quod jus Naturæ sit ordinatio aivina sapientiae, per dictamen syntesis naturæ rationali manifestata, præcipiens ea, quae ad finum

(m) de offic. Hom. & Civ. Lib. I. cap. 2. §. 16.

(n) Ad eundem Pufendorfii locum in edit. de anno 1734.

(o) in suis dissert. De I. N. & G. dissert. I. n. 33.

(p) Introd. in jus publ. univ. part. Gener. c. i §. 36.

... (q) Juriſp. Can. Civil. lib. I. f. m. 70. (r) L. cit. f. m. 531.

(s) Loc. cit. dissert. 3. §. I. n. 4.

finem ejusdem necessaria sunt, probibensque contraria. Hæc definitio, ut vides, proximè accedit ad illas, quas in fine num. præœd. allegavimus, principioque cognoscendi juris Naturæ, à nobis infra statuendo, ut videbis, maximè concordat, solumque aliqualem explicationem reposcit.

27. Dicitur itaque I. *ordinatio divina sapientia*, ad significandum, quòd lex naturæ ipsius legislatoris DEI, tanquam sit actus causæ efficientis, * non solum quatenus Intellectus Divinus convenientiam objecti cum natura rationali cognoscit, sed etiam, & præcipue, quatenus Divina voluntas obligat ad ea, quæ ab recta ratione dictantur. Dicitur II. *per dictamen syntesis*, nem. Ejusdem per per judicium illud practicum, quod à syntesis, seu ab habitu primorum principiorum moralium profectum est. ** Dicitur III. *natura rationali*, scilicet creatæ, ad indicandum juris Naturæ subjectum, quod aliud esse non potest, nisi rationis compos; quomodo enim Rationis regulâ dirigatur, qui ratione non pollet? Hinc bruta juri hujus omnino sunt incapacia. Infantes autem & amentes, subjectum ejus tantum in actu primo sunt. Dicitur IV. *manifestata*, id est, *promulgata*: sicut ad omnem legem promulgationem aliquam necessariam esse, juris interpretibus indubitatum est. *** Dicitur V. *qua ad finem ejusdem necessaria sunt*: quibus verbis potius uti placuit, quam, ut alii habent, *qua recta rationi sunt consentanea*; omnes quippe cujuscunque virtutis actus rationi sunt consentanei; quin tamen ad finem naturæ rationalis omnes necessarii sint, unde nec lege naturali, nec lege positiva omnes sunt præceptis.

C 2

Dicitur

* Juxta illud stoicorum effatum: *non potest inventiri aliud iustitia principium, alia origo, quam à jove, & communis natura pertinet: inde enim necesse est, omnia ista nos exordiri, si volumus aliquid de bonis & malis dicere.*

** Lumen naturalis rationis subservit syntesis, que est virtus, vel mentis nostræ habitus, quo inducimur ad consequenda imperata per jus naturale, & ad fugienda quæ ipsum prohibet. Uno verbo syntesis est velut inventivum igniculi, qui in nobis est, rationis naturalis, adquisitum ex frequenteratione actionum, quibus assuescimus operari secundum rationem. GONSALEZ in Apparatu de Orig. & progress. jur. Can. n. 9.

*** Hinc risu dignum, quod suerius commemorat in vita C. Caligula Imperatoris, qui flagitante populo Romano proposuit legem, sed minusquam literis, & arguissimo in loco, ut ne cui describere (quia non legere) licuerit.

Indicatur Dicitur demum VI. probibensque contraria; scilicet ea, quæ ob intrinsecam suam turpitudinem, & cum fine prædicto restetur. **obje-** pugnantiam prohiberi exigunt. Omnes igitur actus, qui, tanquam ad finem naturæ rationalis necessarii, vel eidem fini sunt contrarii, juris Naturalis obiectum constituunt, & priores quidem ob intrinsecam suam bonitatem necessariò à præfato jure præcipi, posteriores verò ob intrinsecam suam malitiam necessariò prohiberi exigunt;

Explien- tur, qua-
rum sit
fundamen-
talis quo-
rundam
actuum ma-
litia,

28. Cœterūm quæ modò de *intrinseca* bonitate vel malitia, diximus, sic intelligas oportet, quod nonnullis actibus ante omnem legem vel præcipientem, vel prohibentem, insit *fundamentalis* quædam & *radicalis* bonitas aut malitia, vi cuius ab intrinseco præcipi vel prohiberi exigant, ita, ut quacunque DEI voluntate nunquam liciti reddi possint aut illiciti: Dari autem hujusmodi actus *fundamentaliter* bonos aut malos ex eo suadetur, quod præprimis nullo modo dubitari posse videatur, dari quosdam actus ex *natura sua* Divinis perfectionibus repugnantes, V. g. Odium DEI, Ejus *Amori ac Bonitati*; *blasphemia* infinitæ Ejus *excellentia* ac *Dignitati*, *mendacium* summæ DEI *Veracitati*; *bomicidium* *injustum*, supremo ejusdem in Creaturas *Dominio* &c. qui actus cum nec in minimo Divinas perfectiones participare valeant, *intrinsece* sunt inepti, ut homo per eos tanquam media ad finem suum ultimum tendere possit, consequenter ex eorum *natura* & *intrinseca* malitia repugnat, eos vel præcipi, vel tanquam licitos permitti posse; sed potius necessariò prohiberi exigunt; cùm enim DEUS ab *intrinseca* sua immensa bonitate determinatus sit ad seipsum suasque perfectiones amandas, eodem modo determinatus censeri debet, ad aversionem omnium eorum, quæ illis essentialiter repugnant.

**Et quorun-
dam actu-
um alio-
rum fun-
damentalis
bonitas.**

29. Quoad actus *intrinsecè* & *fundamentaliter* bonos id ipsum constat ex eo, quod, cùm DEUS necessariò amet suam propriam *intrinsecam bonitatem*, non possit odisse, vel non amare ea, quæ, & in quantum bonitatem illam participant, & apta sunt ex *natura sua* præcipi tanquam media ac dispositiones ad finem ultimum consequendum; ejusmodi autem sunt actus humani jure naturæ præcepti v. g. *Cultus DEI* &c. ergo habent *intrinsecam* & *fundamentalem*, seu *radicalem* aliquam *bonitatem*, quamvis formaliter demum boni fiant per legem. Quod si quæ-

si queras, cur aliqui actus int̄insecē & fundamentaliter boni & *Car. qd. honesti* lege naturali præcepti sint; alii autem itidem honesti *dam aetus*, purè sint permitti, facile discrimen damus, quòd, cùm homo *intrinsecō* rationis compos per proprios actus suos ad finem tendat, *honesti le-*, illi actus boni sint à lege naturali necessariò præcepti, qui ab *genat.* *sunt* *intrinsecō* cum illo fine necessariò connectuntur, quos inter præcī- *præcepti*; puus est *amor DEI*; quoad illos verò, qui tantum inserviunt alii verò ad finem illum expeditiū assequendum, præceptum ejusmodi tantum per necessarium haud fuit. *missi?*

§. IV.

Status questionis & varie opinione de vero ac fundamentali principio cognoscendi juris naturalis exponuntur.

30. **P**ostquam §. præcedenti insinuavimus objectum juris naturæ esse actus illos, qui tanquam ad finem naturæ rationalis necessarii, vel eidem fini contrarii, necessariò præcipiuntur, aut prohibentur; in ordine ad scopum nobis prefixum *Status quæritur*, quodnam sit illud *principium*, ac *regula fundamentalis* est, sive *medium* deveniendi ad agnitionem obligationis ho. *quænam sit* mini naturalis, & unde dignosci possit, quinam sint illi actus, *regula illa* ad finem naturæ rationalis ita necessarii, vel eidem ita contrafundamenti, ut ex essentia sua ab Auctore naturæ præcipi aut prohiberi *talis dignitatem* debuerint. Et hoc vocamus *principium cognoscendi*; aliud *noscendi*, enim est *principium juris Naturæ constitutivum* (seu, ut aliis an bic vel placet, *principium effendi* sive *causa legum naturalium*) & hoc ille actus sit est ipse DEUS sive voluntas, & ordinatio DEI. quod discrimen jure naturali in quæstione præsenti semper præ oculis habendum est: cùm ij, rali præqui ad illud non attenderunt, *incerta & desultoria* in præsenti *ceptus aut* materia non raro docuerint. Quærere igitur *principium juris prohibitus*, *Natura*, prout hic sumitur, est idem ac indagere, quidnam sit illud, ex quo velut radice, per necessariam consequentiam, liquidò cognosci valeat *lex naturalis* in ordine ad singula objecta sua.

Hoc principium necessarium est omnes fatentur.

Disputant tamen

DD. an sit unum vel multiplex.

Rationes pro multiplicitate.

Ratio prima, quia liberum fuit, quotnam principia vellet constituere &c.

Ratio 2. quia eodem modo per cognitio-

31. Hoc porro principium, seu regulam, oppidò necessariam esse omnes fatentur; licet enim, teste Apostolo (*t*) Lex naturalis scripta sit in cordibus nostris, operoso tamen sèpè discursu opus est, ad penetranda illa arcana Juris Naturæ in mentis nostræ recessibus intimis abscondita. Quamvis autem certissimum sit, & ex ipso principiato satis pateat, ejusmodi principium verum, ac fundamentale dignoscendi jus naturæ, existere; summo tamen studio Doctores inter se præprimis contendunt, an illud sit *unicum*, an verò *multiplex*? dein, si etiam *unicum* admittatur, qualenam sit illud? diversissimas enim quoad *multiplex*. hoc punctum opiniones fovent, quarum præcipuas infra recensimus.

32. Cæterum quod memoratum principium *multiplex* esse debeat, Clar. P. *Desing* acerrimè defendit, quem in finem varias rationes, easque sat ponderosas in præclarissimo suo opere *Juris Naturæ larva detracta* (*u*) inscripto, cumulavit, quarum nonnullas hic in compendio apponere placuit. Ait igitur I. non posse DEO præscribi numerus principiorum juris naturæ indicativorum; imò sapientius ab eo plura fuisse instituta: si enim *unicum* esset, & quidem *obscurum*, quis deprehenderet DEO fuit, cur toties in casibus innumeris, etiam à Doctissimis juxta ac plurimis, dubitatur, an hoc vel illud sit contra vel secundum *jus naturæ*? unde fit, ut plura signa inquirant, ut cò certius de voluntate divina concludant.

33. II. Eadem viâ devenimus in cognitionem DEI & quia eodem ejusdem Dominii, ac imperii; cum igitur per vias diversas, id est, varios effectus ad cognitionem DEI perducantur, per easducimur ad dem etiam perduci nos oportet ad agnitionem ejus Dominii & cognitio- imperii: hæ autem viæ diverse, sunt varia illa principia di- nem DEI gnoscendi jus naturæ. Quodsi dicas, plura quidem esse principia hujusmodi *indicativa*, deveniri tamen posse ad unum ex iis, ad quod, tanquam *primum* ac *fundamentale* cætera reducantur: reponit Clarissimus *Desing*, *jus naturæ practicum* esse, cuius proin nihil intersit, in principium omnium primum inquirere omisis reliquis, sed hoc forte Metaphysico potius in-

cum,

(*t*) ad Rom. cap. 2. v. 14.

(*u*) in *Jur. Nat. larva detract.* cap. V. Them. 6. & seqq.

cumbe, qui in ejusmodi speculazione quiescat; *Juris Naturæ Solvitur*, studiose autem nocivum esse; cùm inani labore defatigetur, *instantia*. quærendo id, in quo detegendo tanto jam tempore viri doctil- sumi laborarunt incassum; controversiam enim de *unico* juris na- turalis principio, inter omnes, quæ in doctorum hominum disputatione versantur, vix non difficillimam esse. Et insuper: *Confirmatio* vñ rudibus (quos tamen incomparabiliter plures jus naturæ tan- tur eadem git quam Doctos) si necessum foret ad primum juris hujus prin- cipium devenire; hi enim omnes insuperabilem in seryandis naturæ legibus difficultatem sentirent.

34. III. Putat etiam à ratione prohiberi, ut ejusmodi prin- *Ratio 3:*
cipium *unicum* inveniatur vel applicetur, si revelationem ex- *qui sta-*
cipiamus; quamvis enim (arguit) scientiæ speculativæ neces- *tuendo uni-*
fariò conclusiones suas particulares ad principium aliquod uni- *cum prin-*
versale (v. g. *est*, *vel non est*) reducant, id tamen ex eo pro- *cipium nos-*
venit, quòd scientiæ sunt universalium, & à particularibus ab- *procedere*
stractorum; aliter autem de jure discurrendum est; hoc enim *tur modo*:
in actionibus situm est, quæ omnes sunt contingentes, & par- *jurispru-*
ticulares, & quæ, si reducerentur ad ejusmodi principium uni- *dentiali*,
versale, non ageretur modo prædicto, & jurisprudentiali; sed
speculativo ac metaphysico. *Jurisprudentis enim est*, *regulas*,
quas etiam habet generales, *applicare ad agendum in particulari*; *non vero* peculiare reducere ad universalē. *Hoc posterius facile* est, & possunt illud maximè otiosi: *illud prius difficile*, & non
possunt nisi experti. Ita Clar. P. Desing.

35. His tamen & aliis non obstantibus Auctores *unicum*, *His tamen* ac *fundamentale* juris naturalis dignoscendi principium sedulò *non atten-* inquire non desinunt, quin propterea negent plura à sapien- *tissimo DEO signa fuisse posita*, ex quibus objecta juris naturalis determinari valeant. Id ergo agunt, dum inquirunt *unum*, ut inveniant *primum*, ad quod cætera reducantur. Quamvis autem fateantur omnes in ejusmodi indagatione se rem difficil- limam aggredi * non tamen impossibile censem omnes, in hac parte difficultaes demum vincere, & ad optatum scopum pertin- gere;

* *Ipsa enim juris naturalis incunabula accedenda sunt*, ipsi fontes, ex quibus illud originem suam repetit, detegendi, quos tamen, pariter ac illos nili quondam quasi studiosâ obscuritate, ipsa natura occultâsse viderur, ut, ubi caput suum recondant, nec acutissimis ingeniis satis perspicere baculum datum fucent. Clar. P. Thomas. *dissert. 4. princ.*

*princi-
pium uni-
cum &
primum
indagant.*

gere; vel si etiam in hoc passu natura ipsa veritatem in profundo abdiderit, & arcana divinæ mentis consilia venerari nos debere profiteantur, quæ prorsus multa nobis occulta & obscura esse voluit * neutquam tamen inquisitionem ejusmodi omitte-
dam existimant; cum sit *animorum ingeniorumque naturale quoddam quasi pabulum consideratio, contemplatiōne Naturæ.* (w) Et quis sit, an non aliquando ea, „ quæ modo omnem „ prorsus ingenii vim superant, perspicaciores etiam obtu- „ tus nostros eludunt assiduā, vel accuratā rerum contem- „ platione, clariūs aliquando effulgeant: & veritas ipsa, quæ „ licet in profundo, ut inquit ille (x) plerumque delite- „ scat, videri tamen, ac amari plurimū gaudet, puriori „ nos luce perfundat, sèque nobis contemplandam exhibeat, „ (y) Cæterum ob tot ac tantas in hac materia difficultates, in diuersissimas quoque opiniones Doctores abeunt; ita, ut si *Eorum di- unquam alias, certè hic verificetur illud: quot capita, tot sententia. Nata est enim ingens in hoc diffusissimo mari, summa- fuit opi- rum remis velisque contendentium ingeniorum, quanta vix alibi, nipes.* concertatio, tantisque sententiarum astus, qui multa ingenia in transversum, aut omnino in scopulos abripuit, atque miseris er- roribus, ad ipsum ferme sana rationis naufragium allisit. (z)

Requisita 35. Antequam porro de variis hisce opinionibus differa-
mus, proprietates illas & requisita præmittere oportet, quæ *hujus prin-* unico & fundamentali principio attribuunt, ut ex eo, mediante cipie primi sola ratione cognosci valeat, quænam actiones legi naturali vel convenient, vel repugnant. Volunt igitur.

debet esse I. Ut principium illud, ceu fundatum & radix cætero-
primum, rum juris naturæ capitum, debeat esse *primum* ut per se patet.

*Et uni- II. Ut sit unicum, seu generale; licet enim in eo facile
cum, seu conveniant, quod plura dentur principia, sive signa, juris na-
generale. turæ indicativa, seu promulgativa, & in his cognoscendis non adeo laboret intellectus, utpote habitu primorum principiorum, ad formanda sua dictamina, instructus, dissentient tamen in*

eo,

* Ut omnium operum DEI nullam possit homo invenire rationem, & quanđ plus fortasse laboraverit ad quærendum, tanto minus inveniat. Eccles. 8. v. 17.

(w) Cic. Acad. qq. II. c. 41. (x) Democritus apud Cicer. Acad.

I. c. 12. (y) Corsin. in simili phys. general. tract. I. disp. IV. cap. IV. num. IV. (z) Clar. P. Thomas loc. cit.

eo, an, & quale ex iis sit illud, ad quod, tanquam *fundamentum*, coetera reducantur.

III. Volunt non nulli, ut sit *natura intrinsecum*, seu in Item jux-
ipsa *natura humana* fundatum: secus enim (ait Clr. P. Schwarz) *te quo-*
non foret radix immediata, ac propria, ex qua juris naturalis dam in-
objcta ac scita formaliter eruantur. (a)*

IV. Ut sit *verum*; si enim in dicta solùm hypothesi repd. *Debet esse*
neretur, nihil solidi, & ad scopum præsentem faciens, exin- verum,
de posset erui.

V. Ut sit *evidens*, & à quolibet, etiam plebejo, facile *Evidens*,
cognoscibile; eoquòd omnes omnino homines naturæ legibus
stringantur.

VI. Ut sit *proprium*, hoc est, *soli* cognoscendo *juri na-* *Ac propri-*
tura accommodum, ne alioquin jurisprudentia naturalis confun- *um soli co-*
datur cum Ethica, Theologia, jure civili &c. vel jus naturæ gno-
scendo cum jure positivo; ita ut eo principio cognito dubitari possit, juri natu-
rae ex illo deducere, vel jure naturæ, vel positivo Divino, aut ra.
humano obligent.

VII. Ut sit *adiquatum*, hoc est, ut totum jus naturæ ex *& adqua-*
eo cognosci ac deduci possit. *tum.*

37. Et hæ sunt proprietates ac requisita *principii* *juris na-* *Enumera-*
turæ, quæ statuuntur ab auctoribus illis, qui *unicum* tantum *ta proprie-*
eiusmodi principium adstruvunt primarium, ad quod alia redu- *tates non*
cantur. Coeterum non omnia præfata requisita admittuntur ab *admittun-*
omnibus. Ubi præsertim Clar. P. Desing (b) totus in eo est, tur omnes
ut ostendat, non esse necesse, ut primum illud principium, ab omnibus
juris naturæ indicativum, sit ei proprium. Nam

I. Inquit, *jus naturæ* non debet habere signum ejusmodi
proprium diversum à signo *Ethica*; idem enim signum, quod
denotat actionem esse *bonesam*, seu tendere in Deum ut *sum-*
mum bonum (hoc vulgo tribuitur *Ethica*) dicit etiam in cog-
nitionem ordinationis *Divinae præcipientis & obligantis* nos ten-
dere in *summum bonum*.

II. Contendit *principium* illud *juris naturæ* non debere *Rationes*,
diversum esse à principio *Theologiae*, quo nimur Voluntatem *P. Desing*,
D *Divi-* (b) *quod principium*

* Circa hoc requisitum subsistimus, usque dum ratione firmiore stabilis-
tur. Videatur Clr. *Desing* in *Larva detrac.* C IX. Them. 2.

(a) Part. I. fol. m. 594. (b) Loc. cit. Them. XVI.

cipium ju- Divinam *revelatam* cognoscimus; eoquòd significatio *ordinaria*, &
ris natura- *extraordinaria* ejusdem voluntatis. *Divina* solùm differant *quoad*
lis non de- modum; imò quad ipsæ quoque leges naturales, non tantùm
beat buic per naturam, sed per inspirationem etiam *extraordinariam* re-
juri pro- velatae fuerint.
prius esse.

Respondet ad instan- III. Afferit, principium *indicativum* juris naturæ nec om-
tiam de nino distinctum esse debere ab eo signo, quo nobis intimatur
confusione parendum esse legi *civili* (quod principium communiter ad ju-
jurium. risprudentiam civilem refertur) eoquòd verum principium ju-
 ris civilis sit ipsum principium juris naturalis. Ad instantiam
 autem illam, quòd, negato juri naturæ principio proprio,
 suboriretur scientiarum & juris naturæ cum positivo confusio-
 respondet per verba sequentia: „Magnum scilicet generi hu-
 „mano periculum imminebit, si ludimagistrorum termini,
 „non satis subtiliter definiti sint. Antequam Doctores ita in-
 „ter se partirentur speculativorum fines, fuitne jus naturæ
 „cum proprio principio? imò olim solum jus naturæ fuit,
 „& totius *Ethica*, *Theologia*, *politica* &c. idem fuit prin-
 „cipium. Ergo ut ludis litterariis serviatur, conturbanda
 „sunt jura Dei. „Ita Clr. P. *Desing*, qui demum ita conclu-
 „dit: „Ad extremum qualecunque principium juris naturæ pro-
 „prius aliquis Doctor deprehendisse sibi videatur, si ei ob-
 „staret significatio DEI per revelationem, esset omnino fal-
 „sum, & abjiciendum. Ex quo patet, hæc jurisprudentum
 „principia non esse *prima*, sed regulanda secundum regulam
 „altiorem, nempe revelationem. Qui ergo primam & pro-
 „priam inquirit, debet inquirere revelationem, si qua potest
 haberi? „Et hæc de proprietatibus requisitis principii cognos-
 cendi jus naturæ.

Diversissi- 38. Antequam porro mentem nostram circa præsentem quæ-
næ opinio- stionem manif. stemus, præcipuas in statuendo memorato prin-
næ circa cipio opiniones recensebimus, & per distinctos §§. ad trutinam
unicum revocabimus; quem in finem synopsis quamidam opinionum
principium illarum diversissimarum ioterea præmittimus. Itaque

juris natu- I. Aliqui apud D. *Ioan. Baltazar. Wernberum* (c) pro
ra. principio cognoscendi jur. natur. assumunt *Cultum Divinum*. II.
 Perillust. D. *Samuel Coccejus* (d) cum illust. suo parente *Vo-*

(c) In *Elecm. jur. Natur.* c. V. §. 5. (d) In *tract. de princ. jur. Natur.*

tuntatem DEI, ejusque sanctitatem, pro fundamento juris statuit. III. Alii cum *Davide Mevio* (e) illud juris naturalis esse contendunt, quod *recta ratio dictat*. IV. Alii pro principio illo ponunt *conservationem hominis propriam*, aut *eiusdem utilitatem*, quam sententiam novissime illustravit Auctor supra citatæ Disputationis Lipsiensis. (f) V. Alii magno numero cum *Hugone Grotio & Pufendorfio* principium illud esse *socialitatem* contendunt; quibus (VI.) prope satis accedere videtur *Richardus Cumberlandus Anglus*, qui *amicitiam & benevolentiam* pro principiis admittit. VII. *Wernerus* locepe dictum principium reponit in *conservatione naturæ rationalis*. VIII. Alil *Decalogum* tanquam epitomen legum omnium naturalium pro principio adstruunt. IX. Clr. D. *Franciscus Alef* (g) *Amorem DEI & proximi*, Clr. *Heinecius* (b) *Amorem in genere*, Clr. P. *Schwarz Amorem DEI, suis, & proximi* juris naturæ principia statuunt. X. *Perilliust*, D. *Christianus Wolffius* principium illud unicum dicit *essentiam humanam, independenter & ante DEI voluntatem spectatam*, (i) Alias adhuc opiniones non adeo celebres vide, si placet, apud Clr. P. *Schwarz*. (k) Accingimur proin ad singularum à nobis recensitarum discussionem, pro qua sit

§. V.

An principium cognoscendi Juris Naturæ
consistat in Cultu, aut jussu seu voluntate
DEI?

39. R espondemus I. *cultum DEI* pro juris naturæ principio *Ratio I.*
statui non posse. Ratio est I. quia opinio hæc petitio- Cur *DEI*
nem principii involvit; Auctores enim illam propu- *cultus non*
gnantes, omnes illos actus juri naturæ congruere volunt, fit princi-
per quos Deus *ritus colitur*, illos verò juri huic repugnare, pium.
qui ad hujusmodi cultum sunt inepti. Priores omnes jure na-

D. 2 turæ

(e) Apud Clr. P. Thomas. (f) à s. XVIII.

(g) In Hercul. jurid. &c. Linea recta &c. (h) In prælect. Acad.
ad Pufend. de offic. Hom. & Civis I. I. c. 3 s. 7. num. II.

(i) In Phil. pract. p. 1. ss. 122. 131. & aliis

(k) Par. I. f. m. 683. & seqq.

*Quia bac
opinio in-
volvit pe-
titionem
principii,*

turæ præceptos asserunt, posteriores verò prohibitos. Cùm autem id ipsum in quæstione sit, cur hic aut ille actus ad cultum divinum aptus, alii verò ad eundem inepti sint; hinc opinionis hujus patroni idem agere videntur, ac si dicerent, actus omnes jure naturæ præceptos aut prohibitos ideo tales esse, quia sunt apti vel inepti ad cultum divinum; ideo verò ad eundem aptos esse aut ineptos, quia jure naturæ præcepti sunt aut prohibiti; quod profecto nihil aliud est, quam petere principium. Quibus adde, quòd ex hac opinione lequeretur, quosvis actus bonos aut honestos sub legibus præceptivis naturæ contineri; nam quilibet eorum aptus est ad cultum DEO exhibendum, sive quod idem est, ad affectum animi, existimatiōnem de divina Dignitate & excellentia testificantis; hoc autem dici non posse, ipsimet opinionis hujus asseclæ nobiscum fateantur necesse est; siquidem omnes omnium virtutum actus à jure naturæ præcipi, certè bono communitatē repugnaret, imponendo nimirum onus, majori illius parti intolerabile, contra effatum Christi, quo jugum suum suave, & onus leve simpliciter, & consequenter etiam quoad leges naturæ, pronuntiat: non enim venit solvere legem, sed adimplere.

*Et repu-
gnat bono
communi-
tatis,*

*Ac jugum
Cbristi
redit dif-
ficile.*

*Voluntas
DEI non
est priuci-
pium illud
unicum:
Cujus Ra-
tio I. datur*

40. Respondemus II. neque *jussum*, seu *voluntatem DEI* (ut vult illustr. *Samuel Coccejus* (1) * statui posse pro uno, vero, & *adæquato* juris naturæ principio. Cujus ratio I. est, quòd præprimis hæc opinio principium essendi confundat cum principio cognoscendi: dein quòd ea admissa per solam Dei, vel præcipientis, vel prohibentis, voluntatem actiones quædam humanæ redderentur honestæ vel dishonestæ; quod tamen fieri non posse superius abundè probatum est; ubi quibusdam humanis actibus (scilicet iis qui jure naturæ prohibentur, aut præcipiuntur) malitiam quamdam aut bonitatem *fundamentalem intrinsecam* attribuimus, vi cujus ex sua essentia præcipi vel prohiberi exigunt.

Ratio II. II. Ex hac opinione deduci non potest, cur nonnulli actus *quia etiam honesti* jure naturæ sunt *præcepti*, alii verò (quamvis etiam honesti

(1) In tract. de princ. jur. Natur.

Huic sententiae sive etiam *Henricus Ernestus Kestnerus Ictus Rintensis, Ioan. Frid. Weidlerus Mathes. Professor Wittenbergensis* in tract. de Jur. Nat. & Gent.

honesti) eodem jure non praecepti, sed permisssi sint; si enim bac opinio actiones omnes per solam Dei voluntatem suam bonitatem ac involvit cipient, querenti, cur hic aut ille actus jure naturae praecep- petitionem *tus* sit, alius verò solum permisus? Responderi aliter haud principi. posset, quām ideo, *quia Deus sic voluit*: si verò rursum queratur, quare Deus hunc potius quām illum actum praecepit, alios verò tantum permisit? eadem denuo responsio danda foret; *quia Deus sic voluit*; quibus tamen questionibus in nostra sententia, qua bonitatem intrinsecam & fundamentalem in actionibus humanis admittimus, facillimē satisfieri potest, dico, hominem per actus proprios obligatum esse ad finem suum ultimum tendere, & consequenter omnes actus ejus, necessariam connexionem cum illo fine habentes (quos inter præcipuus est *Amor Dei*) præcipi debuisse; alios verò, qui tantum conducunt ad finem illum *facilius* assequendum, jure nature permissoe fuisse.

III. Principium D. Cocceii non esset *primum*, sed in aliud *Ratio III.* eodem prius resolveretur. Cū enim, juxta dicta, actibus *qui a voluntate naturali præceptis, aut prohibitis, bonitas quædam, aut tamen DEI malitia intrinseca & fundamentalis* ius sit, ob quam à D E I vo- non esset luntate præcipi vel prohiberi exigunt; hinc eadem voluntas præcipi. Divina subsequitur tum *bonitatem illam & malitiam*, tum Dei *um præscientiam de moralitate* hac *intrinseca & fundamentali* habitam; tum. quæ proin *scientia & moralitas* intrinseca cùm voluntatem Di- vinam præcedant, non est ratio, cur hanc pro primo juris naturæ principio habeamus.

§. VI.

An principium Juris Naturæ sit Recta Ratio?

Auctores illi, qui rectam rationem pro unico juris na- *Propositio-*
turæ principio agnoscunt, decretoriam hanc proposi- *funda-*
mentum ponunt: *quidquid Ratio dicitat* (ut faciendum) *talis pro*
Deo præceptum, quidquid autem damnat, lege naturali pro- *affirmati-*
bilitum est. At verò non attendunt ad præclarum ac summè va-
neciarium illud monitum superius jam insinuatum, quod om-
nis, *qua suscipitur de aliqua re, institutio, debeat à definitione*

proficisci, ut intelligatur, quid sit id de quo disputatur; (m)
non enim determinant, quidnam recta rationis nomine intel-
ligant, sed (ut non nemo ait) rationem tantum rationem ipsam rationem ingeminant. (n) Ex quo fit, ut quidquid uspiam
vel febricitantis sincipiti inciderit, inscauti homines id vocent
rationem, cum sit forte turpe rationis detrimentum. Scilicet ut
videantur aut effugiis querere locam, si quis forte eos repre-
bendat: aut etiam decipere incutios velle. (o) Quam verò pa-
radoxum sit regulam agendorum omnium statuere, nec tamen
eandem regulam definire, cuilibet sanè mentis considerandum
relinquimus. Et tamen (quod dolendum est) hanc opinionem
palmam hucusque cœteris præripuisse videtur (p) ita, ut
querenti, an hoc vel illud sit juris naturæ præceptivi, prohi-
bitivi, aut permissivi? respondeant ejus patroni, ea omnia so-
lo ratione cognosci, seposita, imò præscripta quavis auctorita-
te, ne forte præjudicia ex hac provenientia rationem rectam in-
ficiant. Quæ autem mala ex doctrina adeo lubrica pullulare
possunt, per decursum patebit.

42. Id ergo præ omnibus, ut dictum, in questionem hie
 deducendum est, quid his Auctoribus nomine *recta rationis*
 veniat; an scilicet *recta Ratio* sit ipse intellectus, quibusunque,
 ad iudicia de objectis moralibus formanda, necessarii instru-
 etus? an verò *ratio* tunc *recta* censi debat, quando intelle-
 etus, *syntereseos* habitu concurrente, actualiter juri naturæ
 conformia dictamina producit? quoctunque ex his electo, dif-
 ficultatem haud modicam superare coguntur; fatui enim ne-
 cessere est, intellectum, utut *syntereseos* habitu, cœterisque
 omnibus instructum, doctis pariter ac indoctis nonnunquam
 aliqua dictare tanquam juri naturæ conformia, quæ tamen illi
 re ipsa sunt contraria; prout exemplis sat copiolis ostendi pos-
 set, è quibus pauca solum hic in medium proferre non inutile
 duximus.

Viri etiam sapientes quandoque juri naturali contraria senserunt. Sic I. Viri platiæ sapientes Molina, Banez &c. docuerunt
 licere interficere falsos testes, ac etiam judicem, à quo iniqua
 certid imminet sententia, si alid viâ non potest innocens damnum
 vitare.

II. *Gra*

(m) Cicero Lib. I. de offic. (n) Clar. P. Desing in regno rax. bodierio
 p. 1. num. 3. (o) Ibidem p. 2. (p) Wertherus loc. sup. cit. c.
 V. §. 7.

II. *Gomez*, *Clarus* & alii non peccare censuerunt maritum, ostendit
occidendo propria auctoritate uxorem in adulterio reprehensam; id variis
quas tamen propositiones (q) ab *Alexandro VII. Pontifice* propositio-
Maximo damnatas esse novimus. nibus dam-

III. *Joannes Sanchez*, *Diana*, & alii docuerunt, *judicem natis ab*
posse judicare juxta opinionem minus probabilem. Alexan-

IV. Multi graves Auctores tenuerunt, *non teneri nos diligere* dro VII.
proximum actu interno & formaliter, *sed praecepto diligendi eus-*
dem satis fieri posse per solos actus externos; quas tamen doctri- Et Inno-
nas rursus inter propositiones (r) ab *Innocentio XI. proscri-* centio XI.
ptas reperimus. Plura exempla subministrat *Clar. P. Dominicus*
Viva (s) ex quibus omnibus apparet virto., doctrina & pietate
insignes, rectaque, procul dubio, ratione praeditos, aliqua
tamen sensisse juri naturae contraria: *Recta proin ratio* non po-
test dici juris naturae principium, dictans omnia huic juri con-
vel difformia.

43. Ast ne putas ejusmodi dictamina juri naturali difformia in *Similia*
Doctoribus solum Catholicis redargui posse, similia quedam de *exempla*
viris magni nominis inter protestantes annexere libet. Sic *DD. Pro-*

I. Quamquam *Thomae Hobbesii scripta*: (de quibus supra) testant.
passim Doctoribus etiam protestantium Religioni addictis, tanquam
juri naturae contraria merito rejiciantur, * suos tamen Apolo-
getas facta sunt *Scarginum*, *Velibuyfum*, *Gundlingum*. (t)
Nonne autem tam isti quam illi recta ratione instructi fuerunt?
Et tamen soli priores etiam juxta Adversarios, naturae legibus
conformiter hoc in passu senserunt.

II. An non *Hugo Grotius*, *Pufendorfius*, aliique Acatho-
lici Doctores, recta ratione instructi suas *de jure naturae* lucu-
brationes ediderunt? Et tamen hi omnes (ut ut quā optimē illi, que
juris ejusdem leges se calluisse autumāriat) contradictores suos, *recta ratio-*
eidem Religioni addictos, itidēmque recta ratione praeditos, *ne usi esse*
habuerunt, qui libros eorum discendo juri naturae minus aptos *censentur*,
esse quandoque

(q) Num. 18. & 19.
Thes. damnat.

(r) Num. 2. 10. & 11.

(s) In trut.

* Teste *Gisberto Cocquio* in præfat. Ad Hobbesianismi anatomē, Hob-
besius sub prætextu stabiliendi Regiminis policii ejusmodi fundamenta jecit,
in quibus omnem Religionem e medio tollit.

(t) Apud *Clar. P. Schwarz* part. I. sol. m. 241.

*in errores
lepsi sunt.*

*Notabilia
dicta Hein-
eccii.*

esse censuerunt. Sic enim Heineccius (u) de cunctis in iure naturæ scribendo antecessoribus suis, ait, *ipso* *rum libris uti ad prælegendum in scola, admodum difficile esse: sapientem talia sunt Auctoris cuiusdam, quem interpretandum suscipiunt, principia, qualia ipsi probare non possunt.* Item: *quicunque adhuc in pulcherrima illa disciplina versati sunt, illi doctrinas suas vel nulli certo atque indubio principio superstruxerunt, veritates varias easque utilissimas velut una fasce collegisse contenti; vel principia parum idonea admiserunt &c.* Ita Heineccius. Ex quibus omnibus confirmatur Adversarios ipsos indicare non posse, quidnam per rectam rationem intelligatur; aut quandonam eadem recte quis uti dicendus sit. Quo fundamento igitur defendere possunt eam solam ad jus naturæ discendum sufficer. Sed

*Signum
recta ratio
nis, ab
Heineccio
indicatur.*

44. Audiamus denuò Heineccium, signum illud (ut ipse quidem putat) indicantem, ex quo recta ratio dignoscatur; ait enim: *In promptu esse oportet præcepta vel leges, quas ipsa recta ratio, vel Deus potius rationis Auctor, inter omnes gentes, quantumcunque linguis ac regionibus diffitas constituerit, quibusque se populi omnes, qui non plane obrutuerint, obligari fateantur.* (w)

*Quod tan-
men dif-
ficulter
fidem in-
veniet.*

Tunc igitur juxta hunc Auctorem *recta ratio* adest, quando juris naturæ præcepta adeò clarè intellectui proponuntur, & argumentis adeo perspicuis fulciuntur, ut nullus populus dissentire possit. Talia autem fundamenta, cum simili claritate subministraturum se spondet Heineccius. * Verum quis viro, alioquin celeberrimo, hoc asserenti fidem habebit, cum ejusdem Antecessores *Grotius, Pufendorfius, Thomafus*, aliquique eadem de se promiserint, & tamen eorum libri, ab Heineccio, ut inepti ad jus naturæ docendum proclamentur, & consequenter viri tanti juxta ipsum *recta rationis* usum non habuerint? ** Nec

(u) In præfat. sui jur. natur. (w) Ibidem.

* An non de se nimium præsumentis animi indicium est illud apud Homerum.

Omnia novi

Qua bona, qua mala sunt: fueram puer incisus ante.

** Gredo, ait Clär. P. Desing, si quando Heineccii librum finensis quispiam legeret, risurum ipsum, de multis dubitaturum, præcipue postquam aures signaverit Et Magistros Heineccii deceperos fuisse didiceris ex ipso Heineccio discipulo, in Larv. detract. L. 36.

Nec ipsem igitur *Heineccius* genuinum *recta rationis* indicium præbet, nec probare potest; cum ex ejusdem verbis plus colligi non valeat, quæm rationem tunc demum *rectam* esse, quando suggerit ea, quæ juri naturæ revera sunt conformia: hoc autem nihil aliud est, quæm manifesta petitio principii; id ipsum siquidem per aliam regulam indicari oportet, tentia est qua doceamus, quandonam *ratio* juri naturæ verè *conformia manifesta* dicit. Cum enim experientia teste *ratio* quotidie fallat, & falsa petitio latur, * pro indubitate certè juris naturæ principio admitti principii nullatenus potest. Ut ut proin *Heineccius* prædecessores & præceptores suos erroris arguat, nec ipse tamen ab omni errore liber est, dum declarare haud valuit, quidnam per *rectam rationem* propriè intelligatur, & sic denuo in incerto nos vagari sinat. **

45. Ast inquis, hac via impossibile esse, ut salvetur brocardicum illud, etiam à nobis admissum, quod *omnia illa sint Celebris honesta, & jure naturali præcepta vel permitta, qua cum natura objectio ex rationali hominis convenient, illa vero in honesta & probita, quodam qua eidem inconveniant, seu, quod idem est, objectis iis, & axiomatic actionibus hominem inesse honestatem aut in honestatem, qua à recta ratione dictantur facienda, vel omittenda.*

Respondemus, memoratum brocardicum esse verissimum; nam *recta ratio* est quædam *participatio legis naturalis, sive aeterna in DEO ipso propriam sedem suam habentis; ex quo proin sponte fuit, ea quæ legi naturæ congrua sunt, vel repugnant, recte quoque rationi vel potius ejus dictamini, congrua esse vel repugnare debere; ita tamen, ut ideo recte rationi*

E

* Ipse Spiritus veritatis sap. 9. dicit: *cogitationes mortalium sunt timidae, & incertæ providentiae nostræ; corpus enim quod corruptitur, aggravat animam, & terrena inhabitatio deprimit sensum multa cogitarent, & difficile estimans, quæ in terra sunt; & quæ in prospectu sunt, invenimus cum labore.*

** Oportet hinc occurrit; quod *Eusebius de Philosophorum altercationibus* pronuntiavit dicens: Platonem imprimis videbimus superiores philosophos irridentem; tum vicissim Platonis sectatores atque successores ab aliis vapulantes. Rursus quemadmodum & Platonis studiosi præclara illa Aristotelica mentis sensa redarguant; & qui Aristotele principe ac péripatetici nomine gloriantur, quæ à contrarie factionis defensoribus afferuntur, nulla esse demonstrant. *Preparat. Evangel. lib. XIV. cap. 2.*

*Dissolvi-
tur, &
sensus axio-
matis ex-
plicatur.*

tioni repugnant, quia legi naturae repugnant, & consequenter repugnantia cum lege naturae quodammodo praecedat repugnati cum recta ratione. Ex quibus, ut vides, haud sequitur, rectam rationem esse principium illud, de quo præsens quaestio procedit, & ex quo discrimen hanc oporteat inter actiones & objecta legi naturali con-vel disconvenientia. Certe recta ratio nullatenus actionibus & objectis honestatem aut dishonestatem tribuit, sed eis illam intrinsecam esse supponit, quæ dein honestas aut dishonestas Auctori naturae fundamentum præbet actiones illas & objecta vel præcipiendi vel permitendi aut prohibendi; ut enim superius dictum est, aliqua sunt præcepta, quia in se honesta, aliqua vero prohibita, quia in se dishonesta &c.

Per rectam rationem porro rationem, seu potius ejus dictamen Lex naturae rationem solum manifestatur sive promulgatur. Non igitur est regula illa Lex naturæ fundamentalis dignoscendi, an bic vel ille actus sit jure naturæ solum manifestatus aut prohibitus, quod unicè hic in questione venit manifestatur. Verum de hoc satis, qui plura volet, Clar. P. Desing (x) adeat, ubi abundantanter inveriet. Nos interim ad alias opiniones supra indicatas transfire oportet. Sit proin-

J. VII.

An Conservatio hominis propria, vel ejusdem utilitas sit principium cognoscendi juris naturæ?

Referuntur. 46. *Lambertus Velthuysen* (Medicinæ Doctor, & Scabinus tur Autborum, alias sub nomine Autboris de principio justi res pro sensu & decori veniens) pro principio & fundamento juris tentiis affirmativis. ad hanc necessaria esse dignoscuntur, illo jure volens esse præcepta, quæ vero eidem adversantur, prohibita. Huic opinioni affinem tentiam amplexus est Petrus Gassendus, (z) * pro pugnans

(x) In Hypodigm. polit. jur. Natur. Item: in regno rat. (y) Apud Clar. P. Thomas dissert. IV. §. V. n. 1. (z) Ibidem n. 4.

* Cathedralis Ecclesie dinensis præpositus & Mathematum regius Professor Parisiis: Vir alioquin quoad plurima sua scripta (sex tomos in folio majori conscientia) celeberrimus; quoad opinionem vero suam de juris naturæ principio, non eadem commendatione dignus; hoc enim „ planè

pugnans, jus naturale mensurandum esse ex *utilitate*, ita ut omne illud naturæ legibus conforme sit, quod cuilibet utile, ejusque commodis promovendis aptum esse cognoscitur. Ambas has opiniones in unam quasi conflavit, magisque illustravit, ac modificavit Author disputationis cuiusdam, Lipsie anno MDCCXLVI. Sub prædio Clarissimi Viri Caroli Ottonis Rechenberg. Facult. jurid. ibidem Ordinarii, defensæ, cui Titulus: Principium cognoscendi justi & æqui verum, evidens, adsequatum ex utilitate.

47. Quod porro præfatus Author ambo memorata princi. *Ambas opinia* sub nomine utilitatis in unum contraxerit, ex propriis ejus- nione ip- dem verb's patescit; alt eisit: „ Neque de nomine hujus prī- unam com- „ cipi cognoscendi mulcū tricabimur. Qui enim amore flavit Hu- „ sui, rem suspectam, & utilitatis propria nomen exosum ha- tbor ad „ bet, conservatōnē adverbabitur. Coincidunt autem inter se spūtū. „ Interim utilitatis sensus reliquis nominib⁹ magis liquidus; & Cujusdam „ vox ipsa magis latīna & concīna est. „ (a) Cæterū ut object. *Lipſiensis* „ nem præveniret, quam sibi fieri posse prævidebat ex eo, quod no. anno 1746. men utilitatis simpliciter prolatum, insitam quoque specieē edita ab „ ejusdem in se complectatur; ex quo conſectaneum foret *ius Hobbe-* „ nature homini cum brutis commune, ambōque animalia in iure Princip. „ itatis proprie stud' adeo conjuncta esse, ut quasi à natura ipsa just & „ hæc sola imposta homini Lex esset, ut bonum suis commodis, æqui: „ non honestate, metiretur. Hanc, inquam, objectionem ut *Explicatio* „ præveniret, ita discurrit: „ Accidit haud infreuent̄ opt̄ bujus / en- „ mis quib⁹cunque institutis, ut ad veritatem adparentia qua- tentia. „ dam accedat, quæ illa ipsa, quæ bona sunt, opinione falsa „ & vitiat, & suspecta reddit. *Carnendi*, *Epicuro*, & *Cyrro* „ naicis imputabatur, quod fortæ & alia delicta utilitatis specie „ defendi possent. Quibus ut obviam eamus, utilitatem aliam „ veram, aliam adparentem habebimus: illam? quod Cicero „ B. 2 „ de

„ plane in Hobbesi impia; omnique naturæ iniuria dignata, incidit „ (verba Clar. P. Thomas), nec id mirum, cùm Gassendus & illius Coetaneus, & intime familiaritatis consuevitq; junc̄tus perhibeā- „ tur, ut ad eū communī quoddam cōſilio & studiū contendisse videā- „ tur, qua ratione propidiosam Epicuri doctrinam pridem apud nos „ intermortuam rēfūſcītarent, & hic quidem (*Gassendus*) in pater- „ lem ille verò in moralē Philosophiam, temerariis fācē nesciis que „ autibus revocarent. &c. (a) s. XIX.

Distinguit, „ de Natura Deorum Lib. II. c. 2. de omnibus naturæ judicis inter utili- „ dixit, confirmat dies, banc dicit, æque ut opinionum contatam ve- „ meata: illa in universum talis est, & permanet, bæc aliqua ram & ad „ saltem sui parte proficia, & in ipsis sui quandoque ihitis in- parentem. „ tercidit, „ (b) Quod si ergo quæras, quænam sit vera utili- ens, respondet esse illam, quæ cum honestate conjuncta sit, juxta dictum Ciceronis, dum conqueritur, lapsam consuetudinem de via deflexisse, eoque deducens, ut honestatem ab utilitate secerneret, & constitueret, honestum esse aliquid, quod utile non effet, & utile, quod non honestum, qua nulla pernicies major hominum vita potuit adferri. (c) Quod si ulterius quæras, quibusnam indicij vera utilitas dignosci valeat? duo submini- strat, quæ certissima esse sit. Horum, „ primum est, si quid ita nobis expediatur, ut si in universum omnes, qui ejusdem originis & naturæ sunt, & æquale semet conservandi studi- um habent, eodem aliquando medio sint uluri, molestum id nulli videatur: Alterum, ne æquale aut gravius dampnum inde oriatur, aut metuendum sit. „ Si rursum instes, ac sci- recuperias, quænam res sub nomine utilis hic veniant? in promptu quidam sub nomine utilis, hoc sensu non tantum pecu- venient, bic nomine utilis. „ denuo responsio est, „ (d) utile hoc sensu non tantum pecu- niarium aut rei familiaris commodum inquirere, sed & la- tatis, libertatis, existimationis, gratiae, recreationis, & omne id, quod juvat, aut in re quacunque expedit, sub se comprehendere. „ Et post pauca sic pergit: „ quacunque in re bonum, sui ipsius conservationi inserviens, residet, hoc utile est, cum non magis virtutu necessario, quam rerum co- pia, securitate, libertate, benevolentia, admiratione de- nique aliorum ac honesta voluptate naturam instrui & con- servari quisque confidat. Lex itaque ipsa natura est, qua utilitatem hominis conservat & continet: & nihil tam secundum naturam, quam utilitas, „ (e) Ica ille, cuius mente sincere ex- planata, videamus necesse est, quibusnam rationum momentis opinionem suam fulciat.

Tria ipsi probanda sunt.

48. Tria igitur probanda suscipit, principium nempe à se adstructum esse Verum, evidens, & adæquatum. Hoc ut praestet, in ordine ad veritatem & evidentiam, pro indubitate af- ferit,

(b) s. XX. (c) II. de offic. c. 3. (d) s. XIX.

(e) Cicero de offic. III. c. 6. & 8.

serit, cuiuslibet hominis, rationis ultimi habentis, cogitationem primam; nisi fors mente distractus sit, esse de se ipso & sui conservatione; sive enim, inquit, hominem rationem praecepit subito & ex nihilo creari, non statim de Deo, quem nostrum novit, & quem a posteriori seu ex operibus deinceps esse intelligit, non de socialitate & officiis erga proximum, quem extra se alienum habet, sed de se ipso & sui conservatione primum cogitare necessum est. Hanc porto cogitationem primam nec a Deo improbari, sed potius ipso facto approbata contendit, dum omnibus unam tandemque mentem hanc in re & conspirationem quasi omnium in idem conatur desiderium dedit; ex quo deinde colligit, eam speculationem, quae in omnibus hominibus prima est, & quam primam, ordine saltem, esse voluit Auctor omnis rationis, reliquias omnes peperisse &c. quae omnia adeo vera esse principii sunt, ut eccliam a SS. paginis, tam veteris quam Novi testamenti confirmentur, ubi homines illa, quae ad veram utilitatem spectant, cogitare jubentur, & ipsius Christus amorem erga proximum ad mensuram amoris proprii exerceri praecepit. His premissis firmiter tenet in studiū conservationis propriæ, amorem sui, seu utilitatis appetitionem, conatam, ex hoc, i. quod omnibus hominibus in hac primumque opera homines nascuntur, & ultimum existat publicationem illam, quae omnem legem procedere debet, legis naturalis continere. (f)

49. Probata sic, immo demonstrata (ut Author putat) principi sui evidencia & veritate, sufficiens pariter & adequatum illud esse, sequenti dilmersu persuaderē conatur. Quid si, ipse illud esse ait, meditationes cuique primas de se ipso ille sequuntur, aquatum, quae extra ipsa sunt, & alios concernunt, ex amore sui, propria miseria, & astringente inserviendi quivis colligit, alios proprios nobis & amicos esse maximè nobis conducere; tratos vero esse ex viribus, quae cuique insunt, nocendi, conservationi adversari. Hinc lpe boni, metuque mali aliorum, consortium adpetendum, & quae, ab aliis fieri, vel non fieri, optamus, nobis eundem agendi modum imperare. Deinde sicuri cogitationem de se ipso, illa quae ad alios perducit, excipit, ita ex utraque naturali ordine, alia oritur, que nos

Quoniam, met ipsos & alios ob infiniti fugam originem sublimiori enti ne velit esse, debere docet: Illi igitur, cui ncs, nostraque omnia in ori fundamen- gine accepta ferimus, etiam in duratione eadem debetis: tum offi- esse porro huic Auctori ius idem, quod figulo in massam ciorum er- competit, facillimumque huic principio futurum, nos par- ga Deum. ter ac alios ad eum statum iterum revocare, in quo ante cogitationem & amorem proprium quondam fuimus. Hinc ne accidat, quod extimescendum, & omnis cogitatio de sui conservatione frustranea sit, etsi illud purissima mente olen- dum, & ut propitium sit, omni studio allegorandum. Ille (g) quantum autem ejus demonstratioq[ue] robur in se con- tineant, infra patebit. Interim brevissime tenetq[ue] per fatas opiniones utcunque modificatas, genuinum tamen, quod inquirimus, cognoscendi juris naturae principium nobis haud sup- pedire, & ambas h[ab]eas seorsim consideratas, sive in unam con- flatas, hisdem argumentis impugnari posse, censemus. Et qui- dem: Nulla ratioc[re]ntur: hic supp[er] , sed econtra iei[us], in iustitias.

Ratio I. in Ambae opiniones non suggestunt principium iuri[us] naturae adaequatum; quamvis enim conservatio sit, & utilitas propria pertineant ad officium hominis erga seipsum; non taliter in hoc solo nos satrapa quiete sit, cum enim præmissis hoc eni[us] fols: Dei in sociis referat omnino illud, quod est, aut quod in beatis moribus primariis d[omi]ni officium ad evanescere necesse est. Cum præterea Deus legem naturalem constitueret, nullum finem habuisse intelligi nequeat, quam semetipsum, ac infinitam bonitatem suam (nam universa propter semetipsum operatus est Dominus) (h) elard sequitur, non illis actus, qui conservacioni ac utilitati ejusdem hominis intervenient, adt enim contrariantur, per legem naturae solum & unicè, vel primariis fuisse præceptos aut prohibitos, sed principaliter eos, Non laude qui officia sua DEUM complectentur (quorum præcipius est Ac- rosopras ex super omnia sexta Verbum salvatoris: Dixit De- dentia illa misericordia Domini tuum ex iudeo corde tuo, & in toto immiti tuo; ex iudeo corde meo tunc. Hoc est maximiuni & primitiū mandatum) DEUM; (i) Vel qui hisdem officiis sunt contraria, sed præceptum aut respetu[m] prohibitionem ejusdem iuri[us] naturae caderet, quod exinde ponatur iuri[us] quia: cum homini libi in iuste blincketur

(g) s. XXV. (h) Proverb. 6. (i) Matth. 22. 43-37 & 38.

ad DEUM ut principium naturae, & tanquam finem ultimum per actus hominis proprios adipiscendum, hinc omnes actus intrinsecè cum illo sine connexi, & quatenus ad illum consequendum necessarii sunt, precepti esse oenesci debent. Rursus: cùm homo in fortate cum proximo vivat, specialium partier officiorum nexus eisdem ex dege naturae conjunctus est, attestante deo salvatore, qui mandato primo & maximo amoris DEI præmisso, sic pergit: secundum autem simile est huic: *Neque officia diliges proximum tuum sicut te ipsum.* (k) quæ tamen officia erga non magis ac illa in Deum, ex conservatione sui aut uti proximum. libente propria tanquam principio ac fundamento desumi haud possunt. Inconcessum pro manet, nec unam nec alteram earum, nec simul sumptas, ad agnatum cognoscendi juris naturae principium dici posse.

s. i. II. Quodridiana clamat experientia, quod lex naturae Ratio II. solam sui conservationem, & utilitatem propriam non dicit; quod Lex alioquin enim omnes illi, qui pro patria sua laborant, immo naturae non mortem, fortiter pugnando, subeunt, contra naturae leges dicit se peccare censendi forent, tanquam propriæ salutis prodigi, & lamen sui alienæ conservationis & utilitatis studiosi; cùm tamen è contrario accident, ut ejusmodi à quolibet sanæ mentis fortissimis rationem & virtutis annumerentur, & mors eorum glorioissima reputetur, utilitatem Unde sapienter Plato scripsisse fertur, non sibi soli se natum, propriam, sed patriæ, sed suis, ut per exigua pars ipsi relinquatur. (l)

s. ii. III. Anne putandum est, solum hominem ad tantam Ratio III. partem, ac suorum incuriam à lege naturali dirigi, ut universa ad solam sui conservationem & utilitatem referat? cùm tandem animantia ratione destituta subinde non tanto sui ipsius, quanto suorum conservandorum pruritu agitentur, ut galli gallinacei gallinas, & gallinae pullos ante exsaturantes, pruritum quoniam ipsi granum sumant: ut & pleraque animantes, & ferae, sentiant. etiam pro catulis & fætibus sese in periculum coniicientes: ut canes venatici prada abstinentes, & eam Domino reservantes. (m)

s. iii. IV. Anne solus homo pietatem omnem & gratitudinem proprio suo commodo postponere à natura doceatur; cùm quod inbam

(k) Ibid. v. 39.

(l) Ad Architam.

(m) Gronov. ad prolog. Grotii §. 7.

rendo illi tamen in brutis contrarium experiamur? ipiout exempla plarta
 principio de pietate & gratitudine non solum mansuetorum, sed fer-
 bomo pie-rocissimorum etiam animalium luculenter demonstrant, quo-
 tatem om-nem &
 gratitudi-nem suo co-modode posse-poneret;
 De pietate ciconia-rum erga parentes suos.
 Degrati-tudine cu-jusdam Leonis.
 Cujusdam elephantis pietas in Dominum suum.
 Studium quorundam ani-mum

tamen in brutis contrarium experiamur? ipiout exempla plarta
 de pietate & gratitudine non solum mansuetorum, sed fer-
 rocissimorum etiam animalium luculenter demonstrant, quo-
 rum nonnulla hic proferre non inconsultum fore duximus. Sic
 h. recolligi merentur ea, quae de ciconiarum erga parentes suos
 pietate & gratitudine superius (n) ex *Pbilone* attulimus, qui-
 bus idem Auctor loco ibidem citato addit sequentia: „ Ha-
 „ porro (ciconiarum soboles) itineris molestias solantur pietas
 „ tis conscientia & expectatione paris olim, ubi senuerint, à
 „ sua prole, atque ita legitimo tempore debitum persolvunt
 „ necessarium, quod accepere reddentes. Neque enim ab aliis
 „ alimenta habere possunt, aut initio vita, parvæ cum sunt,
 „ aut natu grandes in vita exitu. Quapropter non alio quam
 „ Naturâ Magistro, didicerunt educare vetulas, educatæ &
 „ ipsæ, cum teneræ essent. Nonne vero hæc ubi audiunt,
 „ habent, cur se præ pudore abscondant, qui parentum curam
 „ non habent, atque eos negligunt, quos aut solos, aut præ
 „ ceteris sublevare debuerant, prælertim cum id facientes non
 „ tam daturi sint quippiam, quam id, quod debent, redditu-
 „ ri? „ II. Celebre est illud de gratitudine cuiusdam Leonis,
 qui in servum quemdam, *Androdum* nomine, crudeli suo mor-
 su enecandum, immisus, repente in arena substitit, dum il-
 lum ipsum esse agnovit, qui sibi spinam profundius pedi infi-
 xam olim extraxisset; cuius beneficij memor servatori suo, lo-
 co dentium linguam admovit, ejusque manus Lambens, Urbi
 & Orbi mirabile prorsus spectaculum exhibuit. (o) IH: In-
 signis fuit pietas cuiusdam elephantis erga Porum periarum Re-
 gem ac Dominum suum, cui in conflictu cum *Alexandro Ma-*
gno graviter sauciato non tantum plura spicula proboscide sua
 (licet ipsem vulneribus penè confectus) extraxit, sed etiam
 ante Regem penitus exsanguem neutiquam procubuit; ac ne-
 tunc quidem repente corruit, sed, psulatim se demittendo,
 vectorem suum leniter, ac satis commode in arenam depositus.
 IV. Mirabile etiam est non nullorum animalium studium quoad:
 suorum sepulturam (ad quam & homines à naturæ legibus ad-
 stringi, *Pbilo* & *Josephus judæi* (p) cum aliis optimè notant),
 sic

(n) §. II. num. 10. (o) Aulus Gellius noct. Attic. Lib. V. c. 14.

(p) Apud Grot. de J. B. & P. lib. II. c. 19.

He enim de Delphiniſ Plinius: conspectique jam defunctum portantes, ne laceraretur à belluis, (q) Et is ipse de formicis: se, ga, suos petiuntur, inquit, inter se viventum solus, prater hominem. post mortem. (r) de apibus quoque Virgilius ait:

Tum Corpora luce carentum

*Exportant tecis, & tristia funera ducunt (s) ** Hæc autem omnia, quid aliud innuunt, nisi bruta quoque non ad solam propriam utilitatem querendam à natura impelli.

54. Audi quæſo, de gratitudine & beneficentia homini. *Præclaræ summe congruente perorantem Senecam*; ut scis, inquit, per dicta Seneca expetendam esse grati animi affectionem, per se fugienda res est, ea de gran- tigratium esse, quoniam nihil aque concordiam humanni generis titudine & dissociat, ac distractabit, quām hoc vitium. Nam quo alio tuti beneficemus quād mutuis juvemur officiis? hoc uno instructior tia. vita, contrāque incurſiones ſubitas munitior est beneficiorum commercio. (t) Hinc optimè M. Antoninus ait: *Homo in id Sententia natus est, bene ut aliis facint.* (u) Quæ tamen procul dubio M. Antonius falsoſſima forent, si naturæ leges ſolū ea juberent, que con- servationem ſui & propriam cuiuslibet utilitatem respicerent! In opinione hmo hac ratione nihil omnino à jure naturæ prohibitum dici contraria posset; ** cum etiam gravissima ſcelera ad ſui conservatio- nū *** & propriam utilitatem conducere poſſint, ut cuilibet naturæ

F

accu-

(q) Lib. 9. Cap. 8. (r) Lib. 11. Cap. 30. (s) Georg. 4. v. 265.

(t) IV. de Benef. Cap. 18. (u) Lib. IX.

* Formicæ, apes, Ciconiæ aliorum etiam causa quædam faciunt. Cicero III. de fin. C. 19.

** Hoc principio utus dicitur Lysander (apud Plutarch. in Lacon. Apophlegm.) homo versus, & pleraque fraudibus miſcens, jusque in ſola po- neans utilitate, qui veritatem mendacio nihil maiorem dicebat, ſed irriuſque premium & dignitatem uſu definiebat &c. Agesilaus etiam (qui ta- men alijs fortitudini militari iuſtitiam antepoſuit) vid. Grot in prolog. cit. ſ. 24.) Cadmī à Placida injuſtiſſimè occupata, turpissimum illud ſactum spartanis ſuis improbantibus excufare volens, ajebat: rem ipsam, uilisne ſit, expendendam eſſe; que enim Lacædemoniorum civitati conduceat, ea recte etiam injuſſu agi. Plutarch. in Agesilao.

*** „ Si ad ſolam conservationem respicimus, nulla eſt ratio, cur jus natu- ræ violare non poſſimus, ſi aliter conſervari non poſſemus. e.g. „ Tyrannus mihi minatur supplicium, niſi Deum abnegem., Heivec. in prelect. Acad. in Pufend. de offic. hom. & Civ. Lib. I. & 3. ſ. 8.

prohibi- accuratius considerant patebit, & infuper innoveret, quanta
tum foret; rerum perturbatio sequeretur, si quilibet natura sic dictante,
Quanta proprium solum commodum in omnibus quereret; tunc enim
exinde re- non tantum omnia beneficia & gratias exulare, sed eorum
rum per- etiam loco discordias, seditiones, & similia subintrare necesse
turbatio. foret.

Praecl- 55. Sapientius proin Cicero discurrit, inquiens: *Honestum*
rurn in (Id) intelligimus, ut detracta oratione utilitate sine ulla premia
basse rem fructibusque per seipsum possit laudari; permulti enim eam ob cau-
dictum Ci- sam unam multa faciunt, quia decet, quia rectum, quia bone-
ceronis. *Sunt est, et si nullum consecuturum emolumenatum videntur.* (w)

Et sane quis credat id à natura legibus præscribi, quod cui libet honestatis amanti prima statim fronte horrorem incutit? Tale autem foret, in cunctis ad utilitatem solum propriam, excluso quovis alio, respicere velle. Viri proin sapientis, & contraria juri natura conformiter vivere volentis, est, ita suis invigilare commodis, ne quis alias conqueri possit, ab eo cuncta rapi sibi que nihil relinqui; quod maximè verum est, quoad utilitatem omnibus communem; quippe cui leges utilitatem prædictum Cau- vatam meritò postponunt: *non magis enim vituperandus est pro-*
tor patria, quam communis utilitatis desertor propter suam
utilitatem & salutem. (x)

Ratio V. 56. V. Si memoratae opiniones, principium juris naturae quodd principium ad in conservatione sui & utilitatem reponentes, essent veræ, tunc cipium ad finis humanae naturae, omniumque legum naturalium finiretur versum felicitatem adiquatam constituunt in bonis cum hac vita; quia felicitatem adiquatam constituunt in bonis hujs vita, protut non tantum recensitæ nuper ex cit. disputatione Lipsiensi utilitatis species, sed & Auctoris prædictæ luctuationis propria confessio testatur, dum verba Ciceronis (queis utilitatem ubique finem deliberationis (y) esse ait) perperam intelligens, finem unicum in utilitate transeunte, scilicet in hujs vita commodis, consistere autumat; qua vi tamen jus naturale potius ignorare se manifestat, quam quod genulnum ejusdem cognoscendi principium iobsinuet, dumque in asserto suo rationem naturalem sequi se putat, à vera ratione aberrat, illudque psalmistæ sibi appropriare videtur, defecrunt scrutantes scrutinio. (z)

Q. òd

(w) V. de Fin. (x) Ita Cato apud Ciceronem IV. de Fin.
(y) Ad Herenn. Lib. 3. c. 2. & 4. (z) Pial. 63. v. 7.

57. Quod porro finis humanæ naturæ legumque naturali- *Omnis bonum non terminetur bonis hujus vitæ, sola ratio sufficienter iam sumcularet, si etiam testimonia sive sacra sive profana decessent; num aliquom enim homo summum aliquid bonum tanquam finem suam quod bona naturaliter appetit, & hoc non aliud esse nisi bonum divinum num naturali lumine agnovere antiqui etiam Philosophi; ut raliter ap-*
Aristoteles (a) & Cicero, præclarè de hac re sic scribens: "fa-
petit.
„ cit prudenter, qui audire de summo bono potissimum velit: Agnove-
„ hoc enim constituto in philosophia, constituta sunt omnia: runt hoc
„ Nam ceteris in rebus sive prætermissum sive ignoratum est Aristot.
„ quidpiam, non plus incommodi est, quam quanti quæque & Cicero,
„ earum rerum est, in quibus neglectum est aliquid: Summum
„ autem bonum si ignoretur, vivendi rationem ignorari necesse
„ se est: ex quo tantus error consequitur, ut, quem in por-
„ tum recipiant, scire non possint. Cognitis autem rerum fi-
„ nibus, cum intelligitur, quid sit & bonorum extremum & Cuius præ-
„ malorum, inventa vita est, Conformatioque omnium clara dicta
„ officiorum, id est obligationum juris naturæ. (b) ita Cice, referuntur
zo, cujus doctrina, quin recte rationi conformior sit, quam il-
la partis adversæ, quis dubitabit? ex quo proin sequitur, om- Aliter sen-
nnes illos, qui in assignando juris naturæ principio solum ad ea tientes vel
respiciunt, quæ cum vita præsenti finem accipiunt, ipso factò summum
profiteri, quod Summum Bonum penitus ignorent, vel stu- bonum
diosè ab eo abstrahant, & consequenter genuinam vitæ ratio- ignorant,
nem ac jus naturale verum ac solidum minimè doceant. vel &c.

58. Quodsi præfata gentilium Philosophorum testimonia Quid de-
 nondum sufficiant, en! alium adhuc sistimus, divinum nempe bac re sen-
 (prout ob doctrinæ sublimitatem nominari consuevit) Plato- serit Plato:
 nem, qui erectæ primùm civitatis incolas alloquens inter alia
 sic ait: *DEus, o Viri, sicut antiquus quoque sermo testatur, principium, finem, & media rerum omnium continens, recta peragit secundum naturam procedens.* Rursus: *DEus profecto nobis rerum omnium maxime sit mensura. (c) Item: Animum suum nemo honorat, quando banc vitam summum bonum censet. Varia bu- Imo tunc etiam vituperat. (d) Denuo: duplicitia, inquit, bona jus Pbiloi- „ sunt, alia humana, divina alia: dependéntque à divinis hu- sippi dicta.*

(a) I. Ethic. apud Clr. P. Desing in Larva detrac. e. XI. Them. II.

(b) Lib. V. de Fin. cap. 6. (c) Lib. IV. de legibus. (d) Ibid. Lib. V.

„ mana. Si qua verò Civitas majora suscepit (id est divina)
 „ minora quoque possidet : sin autem illis caret , utrisque priva-
 tur. Minorum autem primum est sanitas , forma secundum ,
 tertium vires , quartum divitiae &c. „ (e) Præterea : „
 „ Humanæ quidem , ait , res magno studio dignæ non sunt ;
 „ serio tamen quedam agere necesse est , quod infortunatum
 „ dixerim --- oportet igitur , aio , quod studio dignum est ;
 „ studiosè tractare , non digna verò nequaquam. Ac Deum
 „ quidem natura omni beato studio dignum : Hominem vero ,
 „ sicut etiam supra diximus , esse fictum , ut esset DEI ludus ,
 „ atque id vere ipsius optimum esse. „ (f) Denique , ut plura
 alia ejusdem Platonis in hanc rem præclarè dicta prætercam ,
 ausculta , quæ in *Epinomide* seu *Philosopho* suo * ad scopum
 nostrum peroret. „ Multi , ait , fluctibus hujus vitæ jactati
 „ illud prædicta : Humanum genus felix atque beatum esse
 „ non posse. Attende igitur & considera , utrum & ipse recte
 „ hac de re dicere videar. *Impossible arbitror* , *bonines in bac-*
 „ *vita* , *præter admodum paucos* , *felicitatem & beatitudinem*
 „ *assequi* : *bona tamen spes est* , *ut post mortem quis ea omnino*
 „ *consequatur* , *quorum desiderio accensus optime pro viribus*
 „ *egit vitam atque exegit*.. Nec inauditum aliquid novumque
 „ adduco , sed quod barbari omnes & græci modo quodam co-

Haç omnia „ *gnoscimus*. „ Ita *Plato* ; cuius & aliorum Philosophorum
ex sola ra- hac in parte sententias non ex revelatione supernaturali , sed
tione co- ex solo dictamine rationis ortas esse , quis inficiabitur ? quam-
gnovit. vis autem gentiles isti circa determinationem summi boni & finis

Falluntur ultimi in varios errores prolapsi sint , plurima tamen per ipsam
ii qui in rationem de illo agnovisse manifestum est ; ex quo proin per-
docendo jus spicuum etiam fit , adversarios oppidò falli ; si afferant , de
natura ab- summo bono & fine ultimo in disciplina iuris naturæ tractan-
strabunt a dum non esse , sed per solam revelationem de eo constare , aut
summo ex alia disciplina omnia ad illum pertinentia supponi debere ;
beno. Ejus-

(e) Lib. I. de legibus. (f) Lib. VII. de legibus.

• Hunc librum subjecit legibus , in quibus cum plures inculcasset , finem
 lucubrationis ejusdem suisse manudictionem hominum ad genuinam fe-
 licitatem ; in *Epinomide* deum indicat , quidnam felicitatis illius no-
 mine veniat ? prout ex initio ejusdem libri patet.

Eiusdem enim summi boni & finis ultimi cognitionem per solam rationem haberi posse, tum ex praedictorum Philosophorum sententijs, tum ex eo quoque constat, quod cunctis hominibus innatum desiderium insit ad summam aliquam felicitatem; quam Probatur tamen in hujus vita bonis aut commodis haud reperiri, sola ratione ultiore ducti, etiam inviti, fateri coguntur, saltem in articulo summum mortis, in quo plurima possidentes minimè contentos esse, frequens experientia docet. Quibus adde, quod ratio naturalis etiam solam ratiocinet, non aliungi esse finem cuiuscunque legis divinae, quam tamen copiosus Legislatoris; cum autem, juxta superius iam dicta finis gnosci Legislatoris Dei non possit esse alius, quam Deus ipse ac impossibile finita bonitas ejus; cum insuper solius rationis ductu constet, legem naturae esse ipsam legem divinam (prout adversarios Atheismi evitandi necessitas denuo confiteri compellit) clarissime sequitur per solam rationem summum bonum & finem ultimum cognosci posse.

§. VIII.

Respondetur ad argumenta contraria.

59. **P**riusquam ad ea, quae sententiae hestræ, §. precedente sat validis argumentis roberatz, opponi posse videntur, respondeamus, prænotandum esse duximus, minimè à nobis negari, alterum juris naturalis caput sui conservationem Quid in utilitate confidere; cum enim jus illud ad triplicia nos ob hac qualia constringat, erga Deum niempe, se ipsum, & proximum, stione consoluntur in presentiarum negamus, principium ab adversa parte cedamus vel in conservatione sui, vel in utilitate cuique propria, vel in aut ueget ambabus his in unum conflatis, repositum, totam legis naturalis latitudinem in se complecti posse, & consequenter illud mancum seu inadæquatum esse, ac non nisi exiguum juris ejusdem particulam attingere, constanter affirmamus.

60. Hinc facile præprimis respondemus ad quosdam textus Duo textus ex Cicerone petitos, quorum præcipui sunt duo sequentes: sci. Ciceronis licet Imò dum extra dubium ponit, nosmetipso esse commendato pro sententias nobis, primamque ex natura banc habere appetitionem, ut tia contra conservemus nos ipsos. (g) Nec mihius (z.d.) dum ait, præriaria allecipio gatis.

F. 3.

(h) IV. de Fin.

ripi omni generi animantium esse à natura tributum, ut se vitamque corpūque tueatur, declinetque ea, qua nocitura videntur, omniaque, qua ad vivendum (ac proin sui conservationem) sint necessaria, inquirat, & paret, ut latibuli, ut alia ejusdem generis. (b) Ad hos inquam textus facile respondemus secundum prænotandum supra datum, dicendo, primā appetitionem nostram ad conservationem propriam tendere, si respiciamus ad officia sola nobis metiū debita; neutram verò si respiciamus ad omnia officia à jure naturæ prescripta collective sumpta; hac enim ratione comprehendunt etiam officia in DEum, cujus solius cum sit beneficium, quidquid hominis est, eidem quoque soli primò & principaliter deberi sua officia & obsequia necesse est. Nec aliam fuisse mentem Ciceronis, ejusdem propria verba supra (i) allegata declarant, * & ex eo confirmatur, quod alioquin, si in sensu partis adversæ intelligendus esset, idem naturæ principium & finem hominibus & brutis communem constituisset, prout patet ex textu ejus posteriori paulò ante recitato, quod de Cicerone vel suspicari nefas esset.

61. Quod porro concernit argumenta illa, quæ sepe memoratæ disputationis Lipsiensis Author præsententia contraria concessit, tribus ea capitibus. (ut prolixius saprà (k) vidimus) omnino continentur. Horum primum est, cojuslibet hominis usu rationis perfecto instructi, cogitationem primam, sic volente DEO, esse de semetipso, & studio se conservandi. Hanc propositionem adeo certam afferit, ut de ea dubitari non possit. Secundum caput est, illud ipsum studium conservationis propria, vel (quæ vocabula ipsi sunt synonima) amorem sui, sive utratorum. Au. litatis vera appetentiam, eoquod omnibus hominibus insit, Eboris cit. publicationem illam, seu promulgationem (quæ omnem legem disp. Lipsi. præcedere debet) totius legis naturalis in se continere. His duo-

(h) I. de officiis. (i) Num. 56.

* His consonant illa, quæ lib. IV. de Fin. cap. 17. præmisit, inquiens: quid minus consentaneum est, quam cognito summo bono, reverti ad naturam, ut ab ea perant agendi principium, id est, officii? non actionis aut officiū, (appetitio impellit ad eos, que secundum naturam sint), appetenda: sed ab his (appetendis nimisrum sive à summo bono) & appetitio & actio concursum.

(k) Num. 47. & 48.

duobus capitibus veritatem & evidenter principii sui demonstrasse se ratus, illius quoque sufficientium in ordine ad omnia officia, jure naturae pracepta, probare conatur, & quidem officia erga proximum ex utilitate cuique propria deduci arbitratur, quia cum quilibet se amet, & ab aliis, in his, quae sibi sunt utilia, adjuvari possit, eos sibi propitos & amicos habere, conducibile est. Officia vero in Deum propterea ex eadem utilitate profluere assertur, quia timendum est, ne, si quis eum purissima mente non contat, in pristinum statum, in quo ante cogitationem illam primam & amorem proprium fuit, ab illo revocetur.

62. Circa tria haec diluenda ut ordinatus procedamus, *Dua quae præviè binas quæstiones, occasione hic data, in ordine ad priora duo argumenta contraria, evolvere non inutile duximus. solutiones* Harum prima est: *quomodo & quando in nobis oriatur lumen expedientia rationis?* Altera vero: *quando fiat promulgatio legis naturalis?* Nec ingratum Lectori futurum speramus, si non nihil operosius his immoremur, & rem velut ab ovo, ut ajunt, repetamus. Igitur à priori incipiendo, sciendum est, animam *Incipit ex corpori* primitus junctam, habere se instar *tubula rasa* (ut plicari, Aristoteles ait) sicut enim haec nullas adhuc rerum imagines in se expressas continet, ita & anima in tenebris uteri materni adhuc delitescens ad nullam operationem homini propriam elicendam capax est. Quam primum vero partus in lucem editus est, tum præprimis sensus officio suo fungi incipiunt, dum v. g. cute tenera frigus in assuetum sentiente, infantulus dolorem inde conceptum ploratu indicare consuevit; qui tamen dolor non modicum lenitur, dum oculi splendore lucis blandius eos perfundente exhilarantur.

Post haec variae species objectorum corporeorum internis quoque sensibus, præsertim phantasie se insinuant, ita ut jam parentes, aliosque familiariter secum agentes, inter se distingue-
re, blandientibus reblastri, esculenta sibi grata appetere, Et inter-
amara vero respuere noscat, ita tamen, ut animales hujusmodi *norum*,
actiones officinam sensuum haud egreditantur. Postquam dein præsertim organa magis firmata fuerint, tum enimvero spirituales quoque phantasie? potentiae se prodere incipiunt, præsertim intellectus, dum pri-
mo res externas simpliciter cognoscere, seu apprehendere inci-
pit, ad eum ferè modum, qui brutorum cognitionibus mate-
riali-

*potentia
spirituales
se prodant?*

rialibus inesse solet. Objectorum postmodum combinationes seu coniunctiones tentat, ac denum ad formanda judicia a cingitur, unumque de altero affirmat, aut negat, insinuantque se præ omnibus *prima principia practica* e. g. *malum fugientium, horum vero amandum esse &c.* ex quibus cognitis habitus Syntereseos, de quo supra (1) dictum est, contrahitur, quod ratio demum instructa, judicia inter se connectere, atque unum ex alio inferre, sicque discursus formare incipit.

*Quodnam
sit objec-
tum pri-
ma cogi-
tationis
humana?*

*Qua ratio-
ne homo
deveniat
in cogni-
tionem
summi boni
& finis
ultiui?*

64. Cognitio porro hominis prima de *se ipso* & DEO est; mox enim se revera aliquid esse cogitat, suam tamen essentiam non à se, sed ab alia longè altiore causa habere: Tum à mirabili creaturarum aliatum aspectu magis in hoc suo judicio firmatus, primam hanc de *Primo vero veritatem* sibi profundius adhuc imprimat, cognoscitque DEum non tantum ut *bonum aliquod*, sed ut *summum bonum*, quod, cum Syntesis cultu & amore dignum esse dicit, Ratio dein, Syntesi adjuta, concludit: *Ergo DEUS summè colendus ac amandus est.* Cum dein Ratio practica sibi DEUM ut ultimum finem, mediisque congrua ad illum assequendum proponi sentit, eadem efficaciter voluntati imperat, ut ea media (que in propriis hominis actibus consistunt) arripiat; ac tum demum voluntas in illos actus, perserit amoris DEI, tanquam ultimi finis, erumpit. * Quod si vero discursum illum practicum & amorem DEI advertenter tunc omittat, graviter cum peccare schola Thomistica in Theologia pluribus ostendit.

64. Quoad

(1) Num. 26. sub. *

Orum & progressum humanæ rationis pulcherrima similitudine, à luce dici mutuata, venustissimo sibique familiari stylo illustrat sæpe laudatissimus Clar. P. Thomas dissert. III. §. VI. n. I. ita scribens: „ Neque enim uno velut impetu subitanèque fulgore lumen rationis erumpit, sed successivis lentissimisque progressibus appropinquat, ferme ut lux diei solet; sol enim non repente supra Horizontem emicat, sed dum jam ante signa sui prænuntia in caelo præmittit. Initio ergo densæ tenebræ orbis incumbunt; tum vero in tenuissimo quodam albove velut prima lucis rudimenta, que vix internoscas, efformari incipiunt: occultis dein, & que non illico sentias, incrementis tenuissima lucis vestigia profundiuntur, donec jam manifestior aurora non dubio jam amplius lumine orientem coeli faciem depingat. Tum vero & tenues iam radii evibrari incipiunt, pleniorque dies advici, tandemque sol ipse lucidissimo suo exortu te rotus terræ infundere, conspicitur. »

65. Quoad alteram quæstionem , quando nimirum fiat promulgatio legis naturalis? præprimis indubitatum esse juris inter- pretibus constat , ad quamcunque legem promulgationem aliquam requiri ; ** *decretum enim in mente superioris retentum* , *inferiorem neququam obligaturum esset* , qui non nisi voluntatio legis luntatis prius facta significationi sub lege vivere intelligitur ; nat. ? prout bene notat Auctor sepe dictæ disputationis Lipsiensis (m) audiendus proin non est Io. Jac. Müllerus Professor Genensis, Sicut ad (n) promulgationem juris naturæ omnino negans . De cætero alias leges , duplex est sententia de tempore promulgationis hujus ; prima ita etiam vult legem naturæ jam tunc debite manifestari , quando anima ad legem corpori infunditur ; altera verò tunc id fieri afferit , quando rationalem , jam omaino recta , per synteresin in actualia dictamina pro rumpere incipit , v. g. *Deum esse colendum* , *parentes honorando*s &c. est promulgatus. At verò ambae opiniones conciliari posse videntur , mediante gatio distincione inter obligationem in actu primo & secundo ; dicen- do nimirum , pueros ante usum rationis obligari ad legem na- turæ in actu primo ; eo autem usu adveniente & notitia legis sententia ejusdem per actuale dictamen syntereseos acquisita , stringi etiam de tempore in actu secundo : cum enim ex una parte videatur arduum in- fantes mox natos , immo adhuc in utero existentes eidem legi subjicere ; ex altera vero parte Philosophi passim teneant , quod hujus principiorum naturalium semina cum ipsa anima rationali nobis induita sint & congenita ; hinc sub data distincione utriusque sententiae veritas salva consistere posse videtur : si enim conce- datur cum ipsa infusione animæ legem naturalem insimul pro- mulgari , hoc ita intelligendum est , quod tunc jam omnia ad- fint , quæ ad obligationem inducendam requiruntur ex parte ipsius legis , & sic habeatur obligatio in actu primo . Quando autem lex subjecto jam habili actualiter applicata est , stringat etiam in actu secundo ; & hac via salvatur quoque definitio juris

G

naturæ

(m) §. IV.

(n) Commendat. in Guilielmi Grotii Enchyrid. c. 1. §. 2.

• Imp. Valentianus & Marcius in l. 9. c. de leg. sequentia consti- tuunt : *leges sacraissimæ* , que constringunt hominum vitas , intelligi ab omnibus debent , ut universi praescripto earum manifestius cognito , vel inhibita de- clinent , vel permitta sententur.

• Lævius Ferrentinus ad Suetonium in vita Caligulae memorat , apud veteres in legibus scripto proponendis usitatas fuisse notas sequentes : U. D. P. R. L. P. id est , Us De Plano Recte Legi Possum.

Clariora hæc naturæ à nobis tradita, (o) quæ vult legem naturæ per dictamen explicare. Synteresis creatura rationali manifestari; sic enim definiendo intelligimus legem illam ut in actu secundo obligantem. Hæc ut clariora fiant, duplarem à nobis promulgationem statui scilicet; unam scilicet, quæ statim per impressionem rationis fit, ubi nondum satis percipi potest; alteram verò, quæ tunc continet, quando ratio mediante dictamine synteresis legem naturæ adeo clare proponit, ut jam sufficienter innotescat. Primum dicimus adhuc imperfectam, & mere incipientem, posteriorem verò perfectam seu completam, & cum actuali obligatione conjunctam; atque hæc est, de qua nobis in definitione juris naturæ sermo fuit.

Lex naturalis successiva promulgatur.

Declaratur modus quo id contingit.

Omnibus ratione prædictis fit promulgatio legis naturalis tamen in quibusdam tamē ejusdem lumen concessum est.

66. His porro sufficienter intellectis, facile quoque intelliges, jus naturæ non simul & semel cum usu rationis promulgari, sed successively: cùm enim ratio sit involucrum juris ejusdem, in tantum hujus partes de novo apparent, in quantum prima illa principia practica in alia sibi propinquiora per plura & plura dictamina synteresis evolvuntur. Sic (ut ad exempla veniam) circa ea quæ à jure naturæ præcepta sunt, primum dictamen est, *bonum esse amplectendum*; hoc subsequuntur dein alia, primo illi proxima, nempe *Deum ut Auctorem omnis boni, & proximum esse diligendum*. Sic rursus quoad ea, quæ jure naturæ sunt prohibita, rationi primo proponitur in genere, *malum esse vitandum*; cui dein principio practico generali succedunt magis particularia, quibus v. g. *blasphemia, homicidium &c.* declinanda rationi proponuntur.

67. Coeterū quamquam omnibus, in quibus lumen rationis oritur, juris quoque naturalis promulgatio fiat; in quibusdam tamē illud quasi omnino extinctum vel obliteratum esse videtur; quod neutiquam luminis illius insufficientia adscribendum, sed totus defectus ex parte recipientis est; ut ut enim lumen illud in se fulgentissimum esse noscatur; non raro tamen major aut minor intellectus humani angustia pleniores ejusdem illapsum impedit, ita, ut subin per modum tenuissimum solū radiorum, vel scintillarum se insinuare valeat, quæ si nutrimentum non inveniant, omnino deum extinguntur.

(o) Num. 25.

untur. Provenit etiam defectus hic exinde, quod appetitus valde debitur inclinatio illa nostra, quam concupiscentiam dicimus, quae &c. que solum fertur in delectabile, sensibusque gratum, per pec- Unde defectum subjici desierit appetitui rationali, in id solum, quod honestum est, tendenti; ex horum enim inter se repugnantia con- veniat? tinuum quoddam inter eos bellum est, in quo demum appetitum rationalem, nisi vires semper novae eidem accrescant, non debilitari modo, sed concupiscentiae omnino succumbere necesse est; quippe quae à sensuum illecobris contigua adjumenta accipit. Atque hoc est illud bellum, quod una cum ipso rationis diluculo initium capit, & de quoq; Apostolus (p) ait: *Condelector legi DEI secundum interiorum hominem: video autem Notabilis aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis mea, & in hanc rem captivantem me in lege peccati, qua est in membris meis.* Vi-textus S. des proin, cur saepe lumen illud rationis in quibusdam adeo ob-scuratum, imo vix non extinctum sit.

68. Aliam ejusdem miseriae rationem Cicero suggerit, ita *Alia ejus-scribens: Natura parvulos nobis dedit igniculos, quos celeriter dem deforibus, opinionibusque depravatis sic restinguimus, ut nusquam eius causa rationis lumen apparent; sunt enim ingeniis nostris semina inna- ex Cicerone ta virtutum, qua si adolescere liceret, ipsa nos ad beatam vi-tam perducerent: nunc autem simul editi atque suscepti in lucem sumus, in omni continuo pravitate, & in summa opinionum per-veritate versamur, ut pene cum lacre nutricis errorem suxisse videamur; cum vero parentibus redditi, id est, magistris tra-diti sumus, tum ita variis imbuimur erroribus, ut vanitati ve-ritas & opinioni confirmata natura ipsa cedat.* (q) Ex hac do-trina Ciceronis colligitur, praeter concupiscentiam appetitui rationali continuo resistente, & malos exinde contractos mo-tes, pueritiae quoque pravam institutionem tum à Magistris, tum verò maximè à parentibus propriis, horumque pessimis exemplis accendentibus haustam, magnam saepe vim habere, pulchra naturae initia, & parva illa maximarum rerum semina nobis innata penitus destruendi.

69. Hæc postquam (occasione data atque doctrinæ comple-mento abrepti) paulò latius, quam fors Lector voluerit (imo

quoad non-nulla, quasi extra lineam, utiliter tamen, ut patet, b) prosecuti fuisse, ad ipsa tandem superius intimata argumenta Lipsiensia revertimur, eorum inefficaciam efficaciter ostensuri. Itaque

Primum, ut supra vidimus, in eo consistit, quod prima cujuslibet hominis, ratione praediti & non distracti, cogitatio sit de *se ipso* solum & *sui conservatione, amore seu utilitate propria* (hæc enim pro Synomis ab Auctore Laudato haberijam præmoniuimus) ex quo deinde evidenter sequi afferit, solum *utilitatem* cuique propriam esse fundamentum, seu principium illud cognoscendi juris naturæ, quod hic indagamus. Antecedens probat, fingendo hominem quemdam subito ex nihilo creari; hic, cum neque DEI, neque proximi adhuc notitiam habere, necessariò de *se ipso propriaque utilitate* primò cogitaret; ergo idem de omnibus hominibus dicendum esse firmiter tenet. consequentiam priorem ex eo indubitatam credit, quod Deus omnibus eam cogitationem primam inesse voluerit; imo ex Sacris litteris assertum suum confirmari (nullo tamen allegato tex- tu) gloriat, prout supra latius dictum.

Ostenditur argumenti bujus inef- ficiacia. 70. Hoc argumentum quām exiguum in se robur contineat, quilibet, nostro quidem judicio, prima statim fronte advertit. Nam quod prima cujuslibet hominis ratione praediti cogitatio sit de *se ipso* tantum *suique conservatione & utilitate*, præprimis falsum est; prima siquidem illa cogitatio de *se ipso & DEO* est; mox enim ut homo se aliquid esse cogitat, essentiam quoque suam ab altiore causa se habere insimul cognoscit. * Recole quæ superius (r) hac de re, dictamen rationis & virorum doctissimorum Auctoritatem secuti, differuimus. Neque contrarium evincit probatio à D. Authore Lipsensi adjecta de homine illo facta; ex hac ipsa enim sequitur, principium ejus nec *verum* nec *evidens* esse, eoquod hypothesi solum facta nitatur, prout de requisitis ad *principium cognoscendi ju- ris*

(r) Num. 63.

* Perill. D. *Wolfus* (jur. nat. p. I. c. IV. §. 1135. f. m. 751.) solide demonstrat, hominem jure naturæ obligari ad Deum agnoscendum ex *se ipso*, & quidem principalius, quām ex aliis creaturis se inferioribus; eoquod cognitione Dei ex ipso homine derivata lucentior sit, quām derivata ex aliis; quia homo aptior est ad Deum repræsentandum, quām quævis alia inferiora.

ris naturæ differentes advertimus. (s) Dein: quæ necessitas *Quam non* D. Adversarium compulit, ut hominem fingeret *subito ex nibi tollit homo* lo creatum? cùm tot Myriades hominum verè productorum ille à D. utique sufficerent ad demonstrandum *fundamentum omnibus Adversa-* commune, nec quondam existentiam à quoquam negandum, quale *rio fidelis.* D. Author cogitationem illam primam cuiuslibet hominis de se ipso &c. vocat. Majori igitur facilitate (quia meliori cum fundamento) hanc ejus Thēsin negamus, quam quā asserta est.

71. Ast ponamus in sensu ab Authore intento veram esse Offenditur hanc propositionem: *prima cuiuslibet hominis cogitatio de se ipso sequelam* so, & *propria utilitate est;* posséntne exinde cum veritate dedu- exinde de ci hæc sequela: *ergo unicum principium cognoscendi, ad quos ductam esse nam actus, vel omissiones à jure natura homo adstringatur, est illegiti-* propria ejus utilitas, & consequenter eodem jure solum ad eate- manum. uetur, quæ utilitatem illam concernunt? Hoc si affirmet, ma- nifeste concedit, quod neque ad sincera officia in DEUM, neque in proximum per jus naturæ homo obligetur, sed solum in quantum ea sibi sunt utilia. Quod procul dubio non tantum principiis christianis sed etiam sanx rationi adversatur; & tamen Laudatus Author id admittere cogitur, imo, ut tertium ipsius argumentum (de quo pluribus infra) comprobat, lubens admittere videtur; nam DEUM propterea solum esse colendum ibi ait, quia secus timendum foret, ne ab ipso destruamur; proximum autem fovendum, in quantum nocere vel prodesse valet.

72. Ex his porro adhuc aliam & quidem pessimam seque- *Imo aliam* lam pullulare necesse est; propriam scilicet hominis utilitatem *ad hoc pejorative* unicum quoque & ultimum ejus finem ac felicitatem esse, & rem exinde consequenter illum ipsum finem ac felicitatem in hujus tantum deduci. vitæ bonis consistere, ejusdemque vitæ terminis concludi, prout denuo D. Adversarius manifeste videtur fateri, dum, quid sibi nomine *Utilis* hic veniat, declarans, non alia nisi eaduca hujuscemodi commoda allegat, dum pro exemplis Sa- nitatem, libertatem, existimationem, recreationem, rerum co- piam & alia superius (t) à nobis commemorata bona terrena ponit. Quid autem hoc aliud est, quam finem & felicitatem homini assignare in eo cum brutis communem, quod in utris-

que una cum hac vita finiatur? Quamvis autem sequelas hujusmodi absurdissimas à D. Adversario minimè intetas autu-memus, ex ejus tamen doctrina satis clare deduci posse nullatenus ambigimus; eoquòd ipsamet ejus loqua manifestum id faciat; nulla siquidem alia Utilia homini assignat nisi cum hac mortali vita terminanda, abstrahit ab immortalitate animæ, & ab omni beatitudine post hanc vitam duratura &c.

Instantia quadam dissolvitur.

73. Nec juvat, si D. Adversarius omnem responsionis nostræ vim eludere conetur dicendo: Se tantum loqui de Utilitate vera, non de adparente (quam distinctionem, ut supra (u) vidimus; pro scuto contra arguments sibi adversa elegit) hanc autem, non illam esse, quæ responsione nostra premitur. Ast quid nuda hæc assertio prodest, si nihilominus Veram Utilitatem &, ut ostensum est, veram felicitatem in solis hujus vitæ bonis (ut facit) constituat? cùm præsertim designari non possint ab eo illa bona hujus vitæ, in quibus vera illa utilitas & felicitas, unicè à naturâ intenta reperiatur. Illa certe bona, quæ D. Adversarius loc. cit. enumerat, veram illam utilitatem non continent, prout solo naturali lumine agnovit *Plato*, qui neque in honestissimis vitæ labentis commodis veram utilitatem ac felicitatem illam reperiri sincere fatetur; Audiamus quo^slo Philosophum ipsum (w) præprimis de hominibus in civitate *Sana & integræ* ac bonis commodisque paucissimis iisdemque solūm necessariis instructâ viventibus, & à *Socrate* ob id pro verè felicibus habitis, differentem. Ejus formalia sunt sequentia: „ Veste (inquit ex *Socrate*) hi utentur simplici, nutriendi, tur ex hordeo, & frumento farinam confidentes, & partim quidem pinsendo, partim addito fermento subigendas placentas egregias, panésque super calamis aut puris foliis imponentes, in lectisque ex herbis similace atque myrto factis discubentes comeduntur ipsi & eorum filii, bibentes vinum coronati & Deos laudantes jucunde simul vivent, nec ultra censem filios generabunt, carentes paupertatem aut bellum. - - - - - Oblitus & hoc eram, quod habitu-ri essent obsonium, salem videlicet & oleas, & caseum & bulbos, præterea olera quasi agrorum pulmenta coquent, & bellaria ipsis apponemus ficuum, Cicerum, ac fabarum,

„ &

(u) Num. 46.

(w) Lib. II. de Republ.

, & baccas myrti, & fagineas glandes prunis torrebunt, mo-
 , deste bibentes, sicque quiete & salubriter viventes, ut par-
 , est, senio confecti allam ejusmodi vitam posteris suam relin-
 , quent. „ Ita *Plato ex Socrate*, uti dictum, referens bona,
 utique honestissima quies fruuntur homines in civitate *Sana &*
integra, & ob quæ Socrates ejusmodi cives reputabat esse fe-
 lices; imo quibus procul dubio etiam juxta D. *Adversarium ve-*
ra utilitas inest; & tamen ejusmodi homines nequaquam feli-
 ces reputabat *Plato*; utique non ex alia causa, quam quod
 enumerata illa bona *veram & genuinam* utilitatem in se non
 continere autemabat. Audi, quid in persona *Glauconis* idem *Et Respon-*
Plato Socratis quoad hunc passum responderit: *Si suibus*, inquit, *so Socratis*
o Socrates civitatem instituisses, quanam alia ipsi cibaria pra- data.
parasse?

74. Verum instabis, dicendo, justam fuisse sententiam *Pla-*
tonis propterea, quòd bona illa, quorum intuitu *Socrates* ejus-
 modi cives felices pronuntiabat, vilissimæ conditionis fuerint,
 & consequenter Veram & integrum illam Utilitatem à natura *Refertur*
 intentam in se minime continerent; cum econtra bona ab Au-
 thore Lipsiensi recensita, eminentioris ordinis esse dignoscantur; *alia instan-*
 tia; ait enim: (x) *Verum Utile non sola commoda pecuniaria*
aut rei familiaris innuere, sed & sanitatis, libertatis, existi-
mationis, gratia, recreationis, & omne id, quod juvat, aut
in re quacunque expedit, sub se comprehendere. Verbo: *qua-*
cunque in re (ita enim concludit) *bonum sui ipsius conservatio-*
ni inserviens, refidet, hoc utile est, cum non magis viatu necef-
sario, quam rerum copia, securitate, libertate, benevolentia,
admiratione denique aliorum ac honesta voluptate, naturam in-
strui & conservari, quisque confidat.

75. Ast nec ista nec his similia aut etiam excellentiora bo- *Qua tamex*
 na hujus vitæ Veram Utilitatem in se continere, & per con- *ex eodem*
 sequens homines felices reddere, idem *Plato* solo lumine ratio- *Philosopho*
 nis denuo agnovit; imo quò pluribus ejusmodi bonis civitas *ut inefficax*
 abundat, eo magis *infelicem, morbidam, & vitiosam* pronun- *rejicitur.*
 tiat, discursum supra cæptum sic prosequendo: „ quid ergo *Hujus ver-*
 „ agendum o Glauco? quod multi solent, inquit, super tho- *ba informa-*
 „ ris discubendum nisi misere velimus vivere, epulisque *ex lia.*
 „ mensa

(x) §. XIX.

„ mensa vescendum, obsoniisque & bellariis, quibus his tem-
 „ poribus utuntur. Esto Glauco, inquam ego, intelligo: non
 „ enim urbem, ut videtur, consideramus solum, quemodo sat,
 „ sed delicatam. urbem - - - Vera utique mibi civitas esse
 „ videtur quam diximus, tanquam sana. Verum si vultis,
 „ Civitatem quoque turgidam seu tumescentem consideremus.
 „ - - - Thori addentur, & mensæ, & alii apparatus, &
 „ vasa & obsonia, unguentaque & suffitus, aromata, condi-
 „ menta, oblectamenta; singulaque horum omnis generis - Ad-
 „ denda rursus pictura & varietatis artificia, aurum &c. non-
 „ ne igitur majorem civitatem oportet constitui? illa enim sa-
 „ , na non amplius sufficiens est &c., Hæc & plura alia bona
 Plato commemorat, similia illis, quæ disputatio Lipsiensis pro
 Veræ utilitatis speciebus vendidat, Plato econtra solo naturæ
 lumine edoctus tanquam inutilia, civitatemque non sanam, sed
 tumentem, & eoipso vitio/am efficientia contemnit. Ergo, ve-
 lit nolit Author concedat, necesse est, in bonis hujus vitæ qui-
 buscunque veram utilitatem non reperiri, necquidquam ob-
 stantibus binis indiciis veræ utilitatis ab eo supra (y) indica-
 tis. Ergo, à primo ad ultimum, licet in sensu Authoris Lipsi-
 ensis supponeretur vera esse illa propositio, quod hominis cu-
 juscunque ratione prædicti prima cogitatio sit de se ipso tantum
 & sui conservatione aliisque utilitatibus propriis; ex ea tamen
 inferri non posset, conservationem sui, amorem aut utilitatem
 propriam esse principium illud unum verum & evidens cognos-
 cendi juris naturæ, quod in præsentiarum investigamus.

S. scriptu- 76. Quod porro sententiam suam etiam à S. S. Paginis
 ra non fa- confirmari afferat, meritò dubitamus, an serio id fecerit, an
 vet senten- verò commendandi solum principii sui gratiâ? prius certe vix
 tiæ contra- credibile videtur, eoquod nullum omnino textum (sine quo
 riae: tamen loqui erubescimus (z) allegaverit, imo nec allegare po-
 tuerit: posterius ergo eum intendisse probilius est. Sive ta-
 men serio egerit, sive tantum ut principio suo sacra scriptura
 Imo mani- patrocinari videretur; ad amovendos quoscunque scrupulos,
 feste con- non nulla S. scripturæ tam veteris quam novi testamenti loca
 traria est. proferemus, sententiæ adversæ manifestè contraria. Sic I. Sa-
 lomon,

(y) Num. 46.

(z) Arg. nov. 18. c. 5.

lomon, cui Deus sapientiam dedit & scientiam, tantasque divitias, substantiam, & gloriam, ut nullus in regibus nec ante illum, nec post illum fuerit similis ejus, (a) omnibus iis affuebat, quae sibi utilia in hac vita, & amori proprio ac sui conservationi quocunque meliori modo proficia esse poterant; & tandem in his non tantum veram & genuinam utilitatem non reditur i. ex perit, sed insuper universa meram vanitatem esse pronuntiavit. Ego inquit, Ecclesiastes fui Rex Israël in Jerusalem, & propositamento. Quod obtemperant, sed in animo meo querere & investigare sapienter de omnibus, quae sunt sub sole - - - & ecce universa vanitas & afflictio spiritus (b) &: (c) Dixi ego in corde meo: vadam & affluam deliciis, & fruor bonis. Et vidi, quod hoc quoque esset vanitas. - - - Magnificavi opera mea, adificavi mibi domos, & plantavi vineas, feci bortos & pomaria & consevi ea cuncti generis arboribus, & extraxi mibi piscinas aquarum, ut irrigarem sylvam liguorum germinantium, possedi, servos & ancillas, tim per effulgamque familiam babui, armenta quoque, & magnos ovium fata Salogreges, ultra omnes, qui fuerunt ante me in Jerusalem. Concermonis, vavi mibi argentum & aurum, & substantias Regum ac provinciarum. Feci mibi cantores & cantatrices, & delicias filiorum hominum, scyphos, & urceos in ministerio ad vina fundenda, & supergressum opibus omnes, qui ante me fuerunt in Jerusalem: Sapientia quoque perseveravit tecum. Et omnia qua desideraverunt oculi mei, non negavi eis: nec prohibui cor meum, quin omni voluptate frueretur, & oblectaret se in his, qua præparaveram: Et banc ratus sum partem meam, si uterer labore meo. Cumque me convertissem ad universa opera, qua fecerant manus mea, & ad labores in quibus frustra sudaveram, vidi in omnibus vanitatem & afflictionem animi &c. En! judicium Salomonis de bonis hujus vitæ: & quis est, qui sapientissimi Regis hujus sententiae suam præponat, & in iis eorumque utilitate, quæ non nisi vanitas & afflictio spiritus ab eo nuncupantur, juris naturæ principium seu fundamentum reponat?

77. Ut porro pro certo agnoscas Salomonem novi Testamenti, cuius tamen regnum non fuit de hoc mundo, (d) & qui ex testa-
mento novo est sapientia incarnata, antiquo illi in his consentire, audi præ-

H

primis,

(a) 2. Paralip. c. I. v. 12.
(c) Ibid. cap. 2. à v. 1.(b) Ecclesiastis c. I. à v. 12.
(d) Ioan. 18. v. 36.

primis, quām vill in pretio caducos hujus vitæ Thesauros habuerit; ait enim: *Nolite Thesaurizare vobis Thesauros in terra;*
Ubi arugo & tinea demolitur: Ubi fures effodiunt & furantur.
Thesaurizate autem vobis Thesauros in cælo. (e) Volens nimirum; ut cords humana ad aliora nata, benis hujus vitæ non adhærent, ne à veris divitiis abstrahantur; hinc statim Christus addit: *Ubi enim est Thesaurus tuus, ibi est & cor tuum* (f) quale autem de gratia & benevolentia aliorum, item de existimatione, gloria &c. hujus mundi (in quibus Author noster Lipsiensis similiter Veram utilitatem consistere autumat) judicium Salvator tulerit, pluries in S. Evangelio declarat; sic enim tur in bunc imò, attendite, inquit, ne justitiam vestram faciatis coram bofinem varii minibus, ut videamini ab eis. - - - - Cum facis eleemosynam, textus. noli tuba canere ante te, sicut hypocrita faciunt, - - - - ut bonorificentur ab hominibus. (g) 2. Turbas dehortans ab imitatione operum scribarum & Phariseorum, inter alias rationes etiam hanc addit, quia omnia, inquiens, *opera sua faciunt, ut videantur ab hominibus.* (b) Omittimus alios scripturæ textus passim obvios, in quibus ea, quæ dictus Author tanquam vere utiliter deprædicat, ut mere apparentia, imo ut animæ penitus nociva aut periculosa rejiciuntur; vel, si etiam aliquando nullam culpam involvant, non tamen continuò juræ naturæ principi censenda sunt. Quo fundamento igitur asseri potest, *Principium cognoscendi juris naturæ in ejusmodi Utilitate consistere?* Coeterum prout jam supra ad initium hujus § advertimus, per hucusque dicta minimè negare intendimus, conservationem sui, & omnia honesta ad eam necessaria, etiam esse de jure naturæ; & in hoc sensu concedimus, quod utilitatem propriam querere jubeamur; quod autem ex illa sola tanquam principio seu fundamento omnes juris naturæ leges deduci possint ac debeant, hoc ex fundamentis per decursum positis abnuimus; qualis enim sequela est: *Deus per præcepta naturalia jubet conservare nos ipsos; ergo qui se ipsum conservat &c. totam legem naturæ implevit?*

*Quodnam
jubeamur
propriam
utilitatem
querere?*

§. IX.

(e) Matth. 6. v. 19.

(g) Matth. 6. à v. 1.

(f) Ibid. v. 32.

(h) Ibidem c. 23. à v. 5.

§. IX.

Responzionum nostrarum continuatio.

78. **A**lterum argumentum Authoris Lipsiensis, saperius intimatum, est, quod studium conservationis propriæ, amor sui, seu utilitatis illa appetentia connata (prima nimirum dicta cogitatio de se ipso &c.) ex hoc, quod omnibus hominibus insit, primumque cum homine nascatur, & ultimum excutatur, publicationem legis naturalis contineat. (i) Ubi vides, quod Author totam legem naturæ per primam illam cogitationem de se ipso &c. manifestari afferat; ait enim: (k) *Tuto inde colligitur, eam speculationem, qua in omnibus hominibus prima est, & quam primam, ordine saltem esse, voluit argumentum. Author omnisi rationis, reliquas omnes peperisse . . . Deumque tum Authoris viam mortalibus monstrasse, qua ad ea, quacunque vellet, thoris & ex ejus voluntate demum justa & injusta esse cuperunt, per Lipsiensis duceret.* Ita Laudatus Author. Ut porro & hic ordinate procedamus, recolenda sunt præprimis ea, quæ supra (l) de modo, quo lex naturæ promulgatur, disseruimus. Dein: itero. Negatur suppositum negamus, quod prima hominis ratione prædicti suppositum cogitatio sit de se ipso, in eo sensu, quem argumentum intendit; quodsi vero poneretur etiam, id esse verum; nulla tamen ratione niterentur sequelæ exinde deducere; alioquin enim sic ratiocinari licet: *prima hominis cogitatio est de se ipso &c. Sequela ex ergo tota lex naturæ per illam promulgatur.* Rursus: Author eo deducet omnis rationis voluit, ut in omnibus hominibus prima cogitatio sunt illegit, effet de se ipsis & sui conservatione: ergo etiam voluit, ut prioritaria, prima cogitatio reliquias omnes subsequentes, & jus naturæ concorrentes pareret, quas tamen ratiocinationes non procedere, exinde constat, quod eiusmodi Consequentiae ex antecedentibus illis inferri non possint, quia respectu illorum sunt omnino Prout disparatae; nam si etiam supponeretur antecedentia illa esse vera, ostenditur, & consequentias illas esse falsas, illorum tamen veritas per harum falsitatem non tolleretur, & vicissim; eoquod illorum veritas & harum falsitas, nullo habito respectu inter se, aliunde

aliunde ostendi debeant, prout etiam obiter tantum consideranti liquet.

79. Quod porro duo illa antecedentia in sensu D. Adversarii falsa sint, jam superius (m) ostensum est. Quod autem falsae sint etiam consequentiae ex iis deductæ, ex propria ejus doctrina sequentem in modum ostenditur. Docet hic Author (n) ideo primam cogitationem hominis esse de se ipso, quia dum incipit uti perfecta ratione, non statim de DEO, quippe quem nondum novit, neque de alio homine cogitat, sed de se ipso & Consequen-
tia sui conservatione &c. primum cogitare necesse est. Ex hac do-
ctrina infert, primam illam cogitationem totius legis naturalis
num. prio promulgationem in se continere; quæ tamen illatio contradic-
ri à D. voluntatem suam obligandi declarante fiat; homo autem, ut vult Laudatus Author, in illa prima cogitatione nullum adhuc Superiorem, multò minus ejusdem obligandi voluntatem per-
cipiat; (quia ipse solus & propria sua conservatio &c. illius co-
gitationis objectum est) qua ratione, quo, dici potest,
quod illa prima cogitatio promulgationem legis naturalis in se contineat?

*Probatur falsitas consequentiarum in ejus argumento involvi-
contradi-
ctionem.*

*Alia pro-
batio fal-
sifitatis
earundem
consequen-
tiarum;*

*Quia pri-
ma illa co-
gitatione non
exprimeret sequenter nullum aliud, qui sit ejusdem originis & naturæ;*

qua

(m) Num. 69.

(n) §. XVIII.

(o) §. XX.

qua ratione igitur primum illud indicium exprimat? Alterum *utilitatem veram*, *ut aliquid ita expediat, ut nec aquale, nec gravius damnum inde oriatur, aut metuendum sit.* Verum nec ictus prima illa cogitatio exprimeret; eadem enim ratio obstat, quod nempe nullum objectum representaret, a quo damnum aliquod sibi inferendum homo metuat.

81. Restat proin, ut D. Adversarius concedat, quod prima illa cogitatio exprimeret utilitatem solum in genere, prout abstractentem a vera & adparente; quo concessu integrum sui *Sed utilitatem principii structuram corruere necesse est;* si enim tota promulgatio legis naturae in prima illa cogitatione continetur: haec cum in genere autem utilitatem solum in genere exprimat, aliud certe homini nere. manifestare non potest, quam quod omnia, *quæcunque conservationi & commodis ejus quomodo* cunque inserviunt (abstracto *Ex quo se-* hendo, an vere, an adparenter tantum sint utilia) tanquam *quitur legi naturali conformia, cætera vero ut eidem difformia repudianda sint.* Ergo dici amplius haud posset principium cognoscendi juris naturae esse utilitatem solum veram; in quo tamen *di non esse* D. Adversarius potissimum suum fundamentum posuerat. *solum utilitatem*

82. Inanis est igitur I. ejusdem Authoris sibi promissa securitas, quod *boc munimine asserta utilitatis* (verae) *nec iacu-* veram; *lis nec arcu egant,* (p) ad argumenta sibi contraria dissolvenda; utut enim profitetur se de vera solum utilitate intelligi velle: doctrina tamen verbis ejus minime correspondet; cuiuslibet *In qua tamen sapientis judicio relinquimus, an ejus opinio a sententia men potissimum Carneadis, Epicuri, & Cyrenaicorum differat; quibus, ut simam assertum ipsemet Author noster advertit, imputabatur, quod stante eo ferti sui assertione furta, & alia delicta utilitatis specie defendi vim D. possent, & an non cadat in eum dictum illud Baconis,* (q) *ceterum Adversum plane ignobile esse actionum hominis cuiusdam, commodum posuerat.* proprium. Inanis est II. ejusdem assertio, (r) qua primam illum hominis cogitationem, cui promulgationem juris naturae inesse dicit, *reliquas omnes* (idem jus respicientes) peperisse contendit; cum enim ostenderimus, etiam, casu quo, prima illa cogitatio hominis, in sensu D. Adversarii solum cogitatem ejusque conservationem &c. pro objecto haberet, ab ea tamen

Ostenditur tamen utilitatem tantum in genere exprimendam fore ; quatenus scilicet tam veram quam adparentem includit. Quomodo ergo reliquarum cogitationum jus naturae respicientium , salva opinione adversa , mater esse posset ? alia certe ratione id fieri haud posset , quam si prima illa cogitatio esset involucrum totius juris naturae , quod successive in alias & alias cogitationes magas in sensu aduerso ;

83. Cum porro cogitatio illa , juxta D. Adversarium , promulgationem juris naturae contineret , haec autem solum in genere dictaret , propria conservationis & utilitatis studium amplectendum esse ; non aliter illa cogitatio prima alias magis particulares progignere posset , quam utilitatem itidem solum in genere tales in iis exprimendo , ita , ut si prima cogitatio v. g. dictaret : propria conservationi & utilitati studendum est , reliqua ex illa prima descendentes , & de casibus particularibus conceptae , similiter procedere deberent ac dicere v. g. prima cogitatio continet promulgationem juris naturae ; bac autem in genere dictat , conservationi & utilitati propria studendum ; ergo quidquid ad hunc finem vel necessarium vel aliis conducibile est , jure natura praeceptum , aut respectivè permisum , vel prohibitum est ; ergo si propria conservatio vel utilitas aliter haberet non posset , quam v. g. mentiendo , blasphemando , imo abnegando DEum ; etiam bac juri naturae sunt conformia , prout bene observat Clar. Heinccius. (s)

Quod pluribus declaratur.

An dentur actus intrinsece boni vel mali remissive.

84. His ita disputatis oporteret adhuc respondere ad id ; quod D. Adversarius (t) ait. DEum hanc viam mortalibus monstrasse , quæ ad ea , quæcunque vellet , & ex ejus voluntate demum justa & injusta esse cœperunt , perduceret : ex quibus verbis colligere licet , nullos ab illo actus , nec fundamentaliter , intrinsece bonos aut malos admitti adeoque nullos esse præceptos aut prohibitos , quia boni aut mali sunt , sed per præceptionem solum aut prohibitionem tales fieri : quia vero jam alibi (u) contrarium ostendimus ; hinc Lectorem nostrum eo remittimus , & dum per huc usque ventilata satis efficaciter argumentis , pro veritate ac evidentiâ principii adversi conquisitis , nos obviaisse confidimus , ea quoque nunc ad trutinam vocare

(s) Supra Num. 53. sub-* citatus. (t) §. XVIII. (u) Num. 27.

Vocare libet, quæ pro ejusdem principi^ū sufficientia à sepe dicto D. Authore Lipsiensi afferuntur.

85. Hunc in finem recolenda sunt præprimis ejusdem hanc in rem *formalia superius* (w) à nobis recitata, quibus ex ad- structo à se principio, non tantum officia hominis erga *se ipsum*, sed etiam erga *DEum & proximum* deduci posse contendit. Cæterum rationes ad hoc probandum ab eo congregatæ, & in epitomen redactæ, duplice entyminemate concluduntur. Horum primum est istud: *proximus nobis prodeesse potest, vel obesse; ergo Argumentum amor proprius & miseria nostra exigunt, ut spe boni, metuque ta, quibus mali, congruis eum officiis demereamur.* Alterum est: *DEUS utilitas potest nos ad eum statum revocare, in quo ante amorem proprium, probatur studium conservationis, & utilitatis nostra quondam fuimus; esse pri-* ergo ne id faciat, quod extimescendum, purissima mente colendus cipium est, & ut propitius sit, omni studio allaborandum.

86. His argumentis quanta vis insit, per decursum patebit, & quidem, ut à priori ducamus initium, plures exinde sequelas inferri necesse est, quas nec ipsem D. Adversarius admittet; sic enim I. si jure naturæ non teneremur ad officia erga proximum, nisi *spe boni metuque mali*, tunc in iis casibus, in quibus nihil ab eo damni aut emolumenti metuendum vel sperandum esset, omnis eundem amandi, & quæ ab illo fieri vel *non fieri nobis optamus*, similiter faciendi vel omittendi natura- lis obligatio cessaret; quæ certe non tantum dictamini rationis, sed & regula salvatoris, per quam *amor aliis debitus ad prescri- ptum proprii dirigendus est*, & quam ipse D. Adversarius in sententiae sua confirmationem allegat (x) indubitate repugnat. Unde sapienter monet illustris Pufendorfius (y) ita scribens: *Monitum id quoque cavendum vehementer est, ne quis inde (de studio pro- priæ utilitatis loquitur) concludat; ubi quis salutem suam in dorso; tuto colocasse sibi visus fuerit, non esse quod aliorum rationem habent, aut illi pro lubitu posse insultari, qui ad salutem meam nibil confert, vel eidem laudanda non satis habet virium.*

87. Respondet quidem D. Adversarius (z) hoc telo se non peti; cum ex principio suo nullatenus ejusmodi periculum rei D. Adver- humanæ fariⁱⁱ.

(w) Num. 48.
III. §. XVI.

(x) §. XVIII.
(z) §. XXIII.

(y) De I. N. & G. Lib. II. cap.

Quod tamen non relevat.

hamanæ metuendum sit, si *sobrin* propriæ utilitatis expositio à se facta attendatur. Ast, quam infirmum sit hoc effugium, ex hac usque disputatis abunde patet, ubi ostendimus, D. Adversarium intelligi quidem cupere de sola utilitate *Vera*, doctrinam tamen ab eo traditam procedere de utilitate quacunque, & prout infimam quoque speciem ejus comprehendit. Restat igitur, ut, dum confitetur studium propriæ utilitatis ita temperandum esse, ne dictum periculum *rei humanae* suboriatur, insimul fateatur, temperamentum illud aliunde deducendum esse: sed à quo, aut ex quo principio id colligendum sit; de hoc altum ei silentium, nisi quod illa duo superius memorata *vera* utilitatis indicia insinuet; de quibus tamen eadem questio redit, à quonam principio profluant; nam primæ illi hominis cogitationi (in qua tamen legis naturæ promulgationem contineri asserit) ea non inesse, jam alibi ostensum est. Imo si etiam *modificatæ* illius utilitatis aliud principium indicasset, per hoc tamen sententiam suam minime roborasset, sed potius evertisset; eo ipso enim fateri eum necesse fuisset, principium suum non esse *primum* illud & *unicum*, quod hic inquirimus.

*Altera sequela primi illius argumenti est, quodsi per legem naturæ solum ob spem boni metumque mali, ad officia erga proximum teneremur, non obligaremur eum amare amore interno, sincero, & formalis, * sed eidem solummodo benefacere, vel eundem non offendere, per positionem aut omissionem actuum externorum; & quidem tunc solum, quando exinde boni cujusdam consequendi, vel mali à nobis avertendi rationi & spes esset; quod utique dictamini rationis, ** inclinationi naturali*

Quæ contraria est rationi & scripturae.

*Præclare in
banc rem dicta
Ciceronis.*

* Innocentius XI. die 2 Martii 1679. sequentes propositiones damnavit. 1. non tenemur proximum diligere actu interno, & formalis: 2. præcepto proximum diligendi satisfacere possumus per solos actus externos.

** Agnovit hoc Cicero solo lumine naturali, dum ita scribit: „ Qui non „ ipso honesto movemur ut boni viri sumus, sed utilitate aliqua atque „ fructu, callidi sumus, non boni. Nam quid faciet is homo in tene- „ bris, qui nihil timet, nisi Deum & judicium? quid in deserto loco „ nactus, quem multo auro spoliare possit imbecillum atque solum? „ Noster quidem hic natura (id est DEO) justus vir ac bonus etiam „ colloquetur, juvabit, in viam deducet. Is vero qui nihil alterius „ causa facit, & me itur suis commodis omnia, videtis credo quid sit „ acturus. Quodsi negabitis se illi vitam erepturum, & aurum ablatu- „ rum

rali cuiuslibet hominis , saltem moratoris , ac doctrinæ Evangelii , qua proximum ut nosmetipso amare jubemur , aperte contrariatur. Quod autem sequela hujuscemodi ex dicto argumento fluere , facile probatur : cum enim secundum dogma adversum sola utilitas , cuique propria finis unicus esset totius juris naturæ ; hic autem in ordine ad officia erga proximum per solos actus externos beneficentia in eum & omissionem lesionis ejusdem obtineri posset ; cur necesse foret actus internos dilectionis adjungere ? O præclarum igitur dogma , quod veram *Charitatem erga proximum non docet , sed evertit , quodque quæla pronon tantum ineptum est , ad refrænandum ab injustitia , sed batio. aptum potius ad eam hominibus persuadendam !* quid enim faciet ille , qui non habet , quod metuat incommoda , aut expectet commoda ab alio ? *servabitne justitiam , cum non babeat finem servandi ?* (a)

89. Audi quæso quam præclare hac de re fenserit Clar. Nicol. Hyeron. *Gundling.* (b) „ Fingamus , inquit , me esse Gundlin- „ solum , absque arbitro : quod fieri facile potest. Mevius *gii in banc* „ reposuit pecuniam : eam esse Mevii haud me fugit. Discensit rem pra- „ Mevius. Ego vero mecum : insanus sim , si hanc illi restituam. clare dicta;

„ Me id tulisse is resciscere haudquaquam potest. Quid me „ hic moveat , ne pecuniam retineam ? Habeo præfens com- „ modum ; nihil est incommodi ; Virgis non cœdar , cum la- „ team omnes. Ostendat mihi quispiam ex illa Philosophia „ Wolffiana (addimus nos ex illa disputatione Lipsiensi) ar- „ gumentum aliquod , cur non retineam pecuniam ? Dices for- „ tasse : recte ab hoc retineri pecuniam . O præclarum Philo- „ sophiam ! - - - Quæ hæc doctrina moralis , ubi nihil est , „ quod quemquam deterreat , quo minus inuste faciat ? Multa „ utique ab hominibus clam patrantur , & cum nonnunquam „ facta in apertum producantur , saepius manent occulta. „ Plura horum exempla dari possunt. Finge esse aliquem „ Prin-

rum , nunquam ob eam causam negabit , quod id natura turpe judi- „ cet , sed quod metuat , ne emanet , id est , ne malum habeat. O „ sem dignam , in qua non modo docti , verum etiam agricltes erubet- „ scand. *Lib. I. de Leg. cap. 14.*

(a) Clar. P. *Desing* in larva detract. C. XII. Them. XVIII. num. 1.

(b) Discours über das Vermünt-Recht c. r. f. 27. - 39. Apud eundem P. *Desing* loc. cit.

„ Principem. Huic deerunt motiva, ne hoc, neve illud faciat.
 „ Cum primum agnoverit utile sibi fare omnibus te spoliabit.
Ponit ali-
quod exem-
plum.
 „ Monetis illam, abstinentum esse? Respondebit: Ecce absti-
 neam? Res mihi conducit, *commoda* est: Repones ei: à po-
 pulo eum traduci. Dicit ipse: quid mibi cum ipsis homini-
 bus? - - - Atheus *veritatem legum naturalium* potest agno-
 scere, sed eas non dilicit, nisi sub specie utilitatis. Illi vero
 „ qui leges naturalis sub hac tantum ratione discunt, carent for-
 ti vinculo, sed cogitant: cessante commode posse fieri trans-
 gressio nem. In aliquibus quidem apparet satis gravis metus,
 ad servandum adigens; ne destruas corpus. At sunt pecca-
 ta, quæ corpori non officiunt. Ut furtum non viciat sto-
 machum, nec viscera inde deteriora fiunt. - - - *Bona doc-*
trina moralis, bonum jus naturæ omni momento debet esse
 „ *aptum, ut ab omnibus peccatis retineat.* „ Ita Gundlingius,
 qui, ut vides, malum pronuntiat *jus naturæ*, quod omnia tan-
 tum *commodes & incommodis* meditur.

90. Qua ratione igitur ex principio Lipsiensi genuina officia
 erga proximum deduci possunt? cum in sola utilitate cuique
 propria consistat, & eo ipso sinceros & formales dilectionis &
 benevolentiae actus non requirat, sed quibuscumque obsequiis
 externis, dummodo exhibenti sint utilia, contentum sit.

Officia
erga pro-
ximum ex
adverso
principio
deducta ef-
sent tan-
tum spu-
ria.
Describun-
tur mala
qua exinde
orientur.

Quantum autem hoc à dictamine rectæ rationis deflectat, quan-
 taque Republicæ, & cuicunque Societati, mala & incommo-
 da exinde ori possint, cuilibet sanæ mentis, rem vel obiter
 consideranti, facile innotescet; ut enim optime ratiocinatur
 Clar. P. De sing. (c) „ Si singuli sciunt, suum socium;
 „ filium, servum, fæderatum &c. tantum externe promittere
 „ fidem, & ex hoc fui, ut bona ac commoda temporalia con-
 sequatur; tollitur omnis fiducia, omnis amicitia unicum con-
 stantis Societatis vinculum; quæ amicitia semper credita est
 „ in animorum potius quam corporum Societate consistere,
 nullaque si sit fortior causa, quæ Societatis incommoda su-
 tur peret, facile dissolvetur. Hinc est, ut figulus figulum odi-
 rit, & inter familiares arctiorique Societate juncos jurgia
 sint promptiora, quam inter exterros. Nihil autem ad sol-
 vendas amicitias impellit fortius, quam - - - acquisitio

(c) Loc. cit. Num. 7.

commodorum hujus vite. „ Ita Clar. ille vir. Ceterum
iis omnibus, quæ contra argumentum adversum huc usque di-
sputavimus, accedit, quod si aliqualem etiam aptitudinem il-
lud habere videretur, ad ostendendum, officia erga proximum ^{Deductio}
ex utilitate cuique propriæ tanquam ex principio cognoscendi erga proximi
juris naturæ, deduci posse, insufficiens tamen ad hoc pro-
mum ex ad-
ptere fore, quod ea deductio solum esset indirecta, nam verso prin-
fundamentum, quod universa morum disciplina substantiendum cipio esset
est, ita perspicuum esse debet, ut qui quis sanæ mentis directe tantum in-
omniis officia ex eo liquido cognoscere possit. (d)

91. Alterum argumentum, quo D. Author caped. disputat, Alterum
Lipsiensis principium à se adiunctione ad aquatum esse probato argumen-
titur, versatur circa officia in Deum, atque hoc enthymema-
tum adver-
te (ut supra dictum (e) & bacius alibi (f) expositum est) sum quoad
continetur: Deus potest nos ad eum statum revocare, in quo ante sufficien-
cogitationem &c amorem proprium. Et c. quoniam fuisse; ergo tunc in
ne id faciat, quod extimescendum, purissima mente colendus est, ordine ad
& ut propitius sit, omni studio allaborandum. Hoc argumen-
tum, ut vides, in eo denuo peccat, quod ad instar prioris, Deum,
officia in Deum solum indirecte ex utilitate homini cuique pro-
pria tanquam principio deducat, & consequenter eo ipso inep-
tum sit ad ostendendam ejusdem principii sufficientiam, etiam ^{Ineptum}
quoad hunc passum. Deinde plura sane in ea occurunt, quæ si-
bi minime cohærent; quis enim præprioris concordabit ista, tantum in-
Deum pure ob metum, ne in statum pristinum nos revocet, directa.
purissima mente coli posse? sane si vel obiter inspiciatus, quid-
nam sit vere ac sincere Deum colere & quid colere solum ob
metum mali, prima statim fronte apparebit, quam paradoxæ
hæc, sibique contrariantia sint. Rectus in Deum cultus nihil
aliud est, quam cogniti Numinis veneratio, certis naturæ legi-
bus definita. Dividitur in internum & externum. Prior est venera-
tio mentis Deo devota in actibus internis, seu facultatum anima nc dividii-
consistens. Altera, est veneratio mentis Deo devota, qua externis tur cultus
signis perficitur. Cultus interni officia consistunt in iis actibus, Dei.
qui notitia de perfectionibus divinis correspondent. Hæc noti-
tia partim est præsupposita ad jus naturæ, partim inter officia

(d) Wernherus in elem. jur. Nati cap. 5. §. 14.

(e) Num. 84.

(f) Num. 48.

Notitia Dei duplex ab eo præscripta comprehenditur. Per priorem intelligitur illa, quæ homini ex primis principiis lumine naturæ notis insita est, ac docet I. mundum non à casu, sed ab alio quo Natura sub ratione entis primi, supremi, justi, providi, ac omniscit producere esse, & ab eodem conservari, gubernari, leges sapientissimas ferri, ac bona, & mala, etiam interna, respective præmiari ac puniri. Docet II. hujus vitæ felicitatem non esse finem hominis sufficientem & ad aquatum, adeoque animam non cum corpore mori, sed post separationem ab eo, saltem ad præmium aut pœnam, remanere superstitem. (g) Altera notitia, & priori amplior, de Deo & perfectionibus ejusdem est, quæ vocatur *acquisita vulgaris*, quia sollicet obvio & faciliter rationis adminiculo acquiritur; & hæc jam, ut obviis mediis paranda & obtinenda, inter præcepta juris naturæ venit. *

Principum officium in Deum est amor ejus. 92. Inter actus porro, qui descriptæ mox notitia Dei correspondunt, & ad officia cultus ejus interni spectant, præcipit sunt actus amoris Dei, & quidem super omnian. Est autem hic amor duplex, concupiscentia nimirum & benevolentia. Prior est, quo Deum diligimus ut nostrum bonum: posterior autem quo eundem diligimus ut optimus est & maximus in se. Utriusque exemplum subministrat Clar. *Defns.* (b) „ Est aliquis Aulicenevolentia „ cus, inquit, magni ac præclarissimi Regis, v. g. *Alexandri & concupiscentia „ Augusii.* Is nunc effertur in Regem suum amore: quando considerat magna beneficia & honores ab eodem acceptos. in exemplo. „ Alia vice idem Aulicus considerat Regis affabilitatem, animi „ magnitudinem, prudentiam, aliasque Virtutes tam humanas „ quam regias, mire iterum effertur in ejus amorem, nihil „ cogitans jam de suis beneficiis: juratque forte etiam, se paratum huic Regi etiam gratis servire tantum ob ejus præstantiam. „ Quod verò teneamus jurè naturæ utroque hoc amore

(g) Videat. Clar. P. Schwarz. in elem. 2. p. I. f. m. 7.

(h) Jur. Nat. repurgati C. X. Them. I.

„ Primum omnino officium est (ait Perillust. Wolfius p. 1. *jur. Nat.* „ c. 4. §. 1129.) quod homo Deo debet, agnitione Dei. Neque „ enim illum Deo præstabit officium, nisi eundem agnoscat, & ubi „ eum circa Dei agnitionem à vero aberrare contingit, coetera quoque „ officia aut nulla erunt, aut vitium contrahent, aut Deo se debere „ arbitrabitur, quod is ab eo minime exigit, imo quod Deum parum decet.

re Deum *super omnia* amare, probatur exinde, quod cum officia jure naturae Deo debita consistant in actibus, qui notitiae de eo habitae correspondent; per notitiam autem illam cognoscamus Deum non tantum ut summe Bonum *in se*, sed etiam ut summe Bonum *nobis*, obligemur etiam ad eum amandum utroque amore *super omnia*; alioquin enim notitia illa non in debitum finem ordinata esset, quod infinitas procul dubio sapientiae recognaret. Quibus adde, quod juxta verbum Christi, amare Deum *ex toto corde, ex tota anima, & ex omnibus viribus*, sit primum & maximum mandatum, & quod amor Dei ut summi boni, & consequenter *super omnia* sit medium necessarium ad finem, qui est felicitas *substantialis*, seu conjunctio cum Creatore, quæ pro statu etiam naturali perfecta esse non potest, nisi per amorem conformiter illi statui, id est *naturaliter, perfectum*.

93. Nec dicere fas est, amorem Dei *super omnia*, spectato Amor Dei solo statu naturae, impossibilem esse; Respondemus enim falsum id esse; cum enim spectato solo eo statu, mediante auxilio Dei naturali, possimus habere ejusdem notitiam, illumque *to solo statu ratione summi Boni*, adeoque summe amabilis, attingere, *tu natura cur non possimus eundem cum simili auxilio super omnia diligenter, nam intellectus nil potest dictere, in quod non querat voluntas tendere* (i) Unde bene notat Clar. P. Schwarz (k) quod attendendo ad solas etiam rationes naturales falsa sit propositio Dua prima ab Alexandro VII. damnata: *bomo nullo unquam tempore positiones vita tenetur elicere actum caritatis.* Item hæc altera (num. damnata, 5.) ab Innocentio XI. proscripta: *An peccet mortaliter, qui actum dilectionis Dei semel tantum in vita eliceret, condemnare non audemus.* Quis enim solo rationis ductu non cognoscet, hominem obligari saepius ad Creatorem suum, à quo habet, quidquid habet, & qui summum bonum & finis ejus ultimus est, per amorem se convertere?

94. Alia officia, ad Cultum Dei internum spectantia, & Alia officia sub lege naturae comprehensa, sunt actus honoris ac reverentia ad cultum actus spei, gratitudinis, timoris filialis, obedientia, nos tctos, Dei interresque nostras supremo dominio & providentiaz divinae committendo &c. Cultus Dei externus, qui complementum interni ternum spe- I 3 est, *Gantia*.

(i) Scotus in 3. dist. 27. q. unica.

(k) Elem. II. pag. I. f. m. 27.

Rosserius. est, quantum ad jus naturæ spectat, consistit in signis arbitriae officia interna representantibus; ut enim ait per illust. *Wolfius* (l) *Homo verbis & factis testari debet, se agnoscere perfectionem Dei absolute summam, seu attributa ipsius, & pro certo babere, quod illa perfectio, seu bac attributa eidem continentur aliquot veniant.* Ejusmodi cultus externus consistit generaliter in iis, officia cultus exterius, quæ Creator mediante lumine rationis agenda insinuat; speculator vero in obsequiis, amorem nostrum in eum testantibus: in officio laudis, honorem & reverentiam erga Deum indicante: in invocatione, seu supplicatione pro beneficiis obtinendis: * in grati animi signis, pro gratiis & favoribus jam obtentis: in officiis debiti timoris declinando & impediendo illa, quæ Deo displicere ratio dicit, & sic de aliis.

Thomafius 95. Quod porro cultus Dei externus jure naturæ sit præceptus, negat quidem *Thomafius*, (m) sed ex motivo admotum Dei dum debili; quod nempe *Deo opus haud sit cultu exteriore*; Si externum enim (ut recte arguit *Heineccius* (n)) ob hanc rationem per de jure nat. leges naturæ non adstringeremur ad officia cultus externi, ne præceptum que per easdem obligaremur ad cultum internum; cum nec esse, isto nec illo Deus indigeat. Prout igitur *Thomafius* haud negabit cultum internum jure naturæ præceptum esse, sic de extero idem concedat necesse est, si doctrinæ consequentiam tenere velit.

Sed ex ratione ad modum debili. Pro indubitate igitur tenendum est, cultum Dei non minus externum, quam internum lege naturæ præceptum esse. Ratio est, quia Deo debetur cultus non qualiscunque sed respectu totius hominis, quis compositi ex corpore & anima, eius Creator est & Conservator; consequenter non solus internum, sed etiam externus eidem exhibendus est; sive, ut explicat *Wolfius* (o) tñemur omnes facultates nostras, ad cultum Dei impendere; ergo & locomotivam, a qua pendent omnes actus externi.

96. His

(l) Loc. cit. §. 1147. f. m. 759. (m) In Jurisp. divin. lib. 2. c. 1.

(n) In elem. J. N. & G. lib. I. c. 5. num. 135. in notis.

(o) Loc. cit. §. 1181.

* *Weberus* in *Pseudorum* notat hic insignem errorem Platonis, putantis, impium illum esse, qui Deum precibus flecti posse autumat; eoquod hic Philosophus (sinitro formato conceptu tam de Deo quam de constanza) sibi persuaderet, ab ejusmodi supplicei Dei constantiam in dubium vocari.

96. His circa cultum Dei verum ac sincerum explicatis, declarare quoque oportet, an similis ei cultus exhiberi possit ob metum mali? definitur porro metus ab Ulpiano (p) quod s^ct instantis, vel futuri periculi causa mentis trepidatio. Ejusmodi metus in exhibitione officiorum erga Deum duplex esse potest, *metus filialis nimirum & servilis*. Prior intervenit, quando officia prædicta exhibemus, non ideo, quia omittendo illa reatum poenæ à Deo infligendæ incurreremus, sed quia illum ut Patrem nostrum reveremur & amamus. Alter metus (*servilis nempe*) tunc insuit, quando propterea officia Deo debita præstatur varia mus, quia omittendo illa poenam timemus. Hic metus rursus divisiones dividitur in *serviliter servilem*, sive cum *servilitate*, & *servi-metus*. *Recensente* *serviliter servilem* (q) prior tunc adest, cum officia Deo exhibemus, taliter animo comparati, ut si poena timenda non foret, officia illa omitteremus; posterior vero tunc intervenit, quando exhibicio officiorum erga Deum cum tali comparatione animi non est conjuncta. Inter hos metus magna est differentia, ut patet; metus enim *serviliter servilis* omnino non reputatur. *Metus serviliter servilem* inter officia erga Deum, sed potius malus est ac prohibitus; & *serviliter servilem* de hoc intelligendus est Wolfius, (r) quando dicit, *actionem viliis non reclam non esse*, quæ metu paenarum extorquetur; *quamobrem est officium cum lex naturæ præcipiat actionis reitudinem, timorem servi- erga Deum* *leum eadem non præcipi*, *consequenter non esse officium erga Deum*, *sed medium cobibendi voluntatem malam, ne in actus externos De hoc interrupat, quemadmodum metus suspendii non est officium boni telligendus civis, sed medium cobibendi appetitum furandi, ne qui furari est Wolfius. velit, actu furtum committat*. His ita declaratis.

97. Regrediamur ad argumentum Authoris nostri Lipsiens. *Fit regredere* quo principium suum in ordine ad officia etiam erga Deum, *sus ad argumentum sufficiens & adæquatum esse contendit*. Vult igitur; ut supra gumentum (s) vidimus, eatenus ex utilitate cuique propria, officia me- *adversum*, morata deduci posse, quatenus ex solo metu, ne à Deo in eum statum, in quo ante cognitionem & amorem nostri fuimus, revocemur, Eundem purissima mente colere lex naturæ jubet. Verum an non præprimis hæc duo sibi contradicunt, Deum nempe

(p) L. i. ff. quod metus causa.

(q) La croix in Theol. morali lib. 6. p. 2. n. 721.

(r) Loc. cit. §. 1180. (s) Num. 48.

nempe colere ex solo metu mali, & tamen colere purissima mente? Quid enim est Deum purissima mente colere, nisi actus quibus cultum ei exhibemus, determinare per motiva ab attributis divinis desumpta? (t) & econtra, quid est Deum colere **Quod plu-** ex solo metu mali, quam actus, in ordine ad ejus cultum elicien-
ribus im- dos, determinare per motiva ex sola utilitate & amore proprio
pugnatur. derivata? An non ejusmodi cultus exhibetur ex metu serviliter servili, & cum animo eundem omittendi, si malum non esset, quod metum incuteret? ex quo præcepto enim, aut ex quo fine (insistendo doctrinæ D. Adversarii) cultum Deo tunc ex- hiberemus? An lex naturæ in illis tantum circumstantiis Deum colere præcipit, ubi proprium ejusque commodum id exigit? quod si D. Adversarius id neget, prout negare debet, afferat- que, cultum Deo jure naturæ debitum, etiam in aliis circum- stantiis exhibendum esse, necessario quoque aliud adhuc prin- cipium ab eo assignari oportet, ex quo similis obligatio dedu- catur; qua via dein manifestum fit, principium ejus nec *uni- cum* nec *adæquatum* esse; cum exinde non omnia officia jure na- turæ Deo debita, & in quibusvis circumstantiis, tanquam ex fundamento deduci valeant.

In senten- 98 II. Præcipius actus, quo jure naturæ Deum colere **tia adver-** jubemur, per supra probata, est amor ejusdem *super omnia.*
sa non pos- An autem cum veritate dici valet, ab eo Deum amari posse
set Deus *super omnia*, qui solum ex metu, ne quid ab eo mali patiatur,
amari su- eundem colit? talis certe, si doctrina adversa subsisteret, Deum
per omnia. nec amaret super omnia amore benevolentiae; quia per cultum ei exhibitum non Deo, sed sibi metipsi bene vellet: nec ama-
Nec amore ret amore concupiscentiae; quia per eundem cultum non inten- benevolen- deret sedipisci Deum ut summum bonum & finem suum ulti-
tia, nec concupis- mum, sed meram sui conservationem, & quidem tantum pro- centia. statu præsentis vitæ; nam vi iuris naturæ solum obligaretur Deum colere, ne ab illo ad eum statum revocaretur, in quo ante cogi- tationem & amorem proprium quondam fuit, & ne omnis cogi- tatio de sui conservatione (ut Adversarius dicit. (u) frustranea fit. Quid autem hoc aliud esset, nisi Deo posthabito finem suum ultimum & felicitatem perfectam in semetipso & bonis hujus vitæ constituere? Qualiter vero ejusmodi paradoxæ rectæ rationi,

(t) Wolf. loc. cit. §. 1125.

(u) §. XXV.

rationi, sapientiae divine ac S. scripturæ repugnant, in superioribus (w) abunde ostensum est. Patet igitur, principium ad *principi-versum* non esse adæquatum; eo quod præcipuum erga Deum *primum ad officium*, quod est amor ejusdem *super omnia* ex eo deduci non verum possit. Quid autem hoc aliud est, nisi Deo posthabito finem non est suum ultimum, & felicitatem perfectam, in semetipso & bonis adæquatus vitæ constituere?

99. Quodsi Lectori placuerit reliquis etiam in Deum officiis adversum principium applicare, quoad omnia procul dubio similiter sentiet, nullumque reperiet, quod, illo stante, *pia rendum rissima mente* Deo exhiberi posset, sed potius nobiscum affir-*quondam* mabit, quod, si *conservatio sui, amor proprius aut utilitas officia Deo* (qua D. Adversario Synonima sunt) pro genuino juris naturæ debita cognoscendi principio statuerentur, integrum jus illud non in alio consisteret, nisi in his enuntiatis: *Ama te ipsum; et si carera omnia destruas.* Aut: *commodis tantum bujus vitæ imbia, abstrabendo à futura.* Si vero quis paradoxi adeo principii asserorem ac defensorem fors excusaret, dicendo, illum non ita nude, sed in sensu sano intelligi debere: reponimus: oportuisse hoc non tantum *clare*, sed & *sapius* per decursum disputacionis suæ ab eo moneri, ne in re tanti momenti, ex qua *casus* animarum dependet, plurimi forsan, præsertim ex juvenibus, decepti, ac lubrico adeo principio semel imbuti, difficilime postmodum illud, abjicerent, & non tantum ipsimet periculo ejusmodi tramite incederent, sed & alios in perditionem traherent.

§. X.

An *principium cognoscendi Juris Naturæ* sit
Conservatio Naturæ rationalis, vel Decalogus?

100. Vir clarissimus Joannes Balthasar Wernherus in suis *elementis juris naturæ*, principium cognoscendi, de quo huic usque sat prolixe jam disputatum est, se demum K invenisse

Duo ab eo invenisse tatus, in conservatione naturae rationalis illud reponit, sicut sententiam duplice dogmate complectitur, quorum primum est: *quidquid ita comparatum est, ut, si ab omnibus hominibus omittatur, generi humano pereundum esset, illud per legem naturae a Deo præceptum est*: Alterum vero: *quidquid ita comparatum est, ut, si ab omnibus hominibus fieret, generi humano pereundum esset, illud naturaliter a Deo probibitum est*. Hoc suum principium non minus certissimum, quam clarissimum esse putat, (x) „ Et ex humana natura vel levi consideratione resultare, ejusque cognitionem in omnes sanæ mentis, etiam de vulgo, cadere, neque ad deducenda inde hominis officia magno acumine opus esse; quippe eadem facilitate particularia quævis, & specialia, præcepta ex eo fluere, quam generalia. Neque (sic enim pergit) hæc deductio per longas ambages, & consecutionum seriem procedit: nuda subsumptione in quocunque obveniente casu, & actu mentis, breviter in se, genusque humanum reflexo opus est. „ Et alibi (y) subjungit, posse à quovis maturæ ætatis, sanæque mentis, facilissimo negotio, in quocunque, etiam rarissime obveniente, casu, cognosci, quædam circa eundem dispositio juris naturalis sit. Ex eodem porto principio duo etiam præcepta iutis naturæ in specie deducit, quæ singularem pariter discussionem hic merentur, & sunt ista: *Annitere, ne corporis idonea alimenta desint: & ne vires corporis attere*. Quodsi exinde de fors existimes, hæc deducta, ab eo mere conficta esse, ratione quoque assertum suum fulcit, dum ita discurrit: „ Cum labores afflictum corpus, animus functiones suas minus obire potest. Quodsi fingas ab omnibus hominibus fieri, eorum societatem destrui necessum foret. Deinde neque quis infirmo effectorque corpore multum generi humano prodest, cum & plerisque res corpore gerantur, & animi alacritas fulcris ejus sustineatur. „ Ita Wernerus.

Responso 101. Quid vero nos ad ista? tentemus sane oportet, an generalis veritatis aliquid in se contineant: præmittimus autem respondentiam generalem, observando, in hac sententia propter eam genuinum principium juris naturæ non reperiri, quia illud, nem Werneri. quod pro tali adstruit, est insufficiens & trancum, eo quod in conser-

(x) Cap. V. §. 17.

(y) Ibid. §. 19.

conservatione humani generis, & salute mere externa, cum hanc vita terminanda, sitat; qui finis naturæ, ut supra pluribus ostensum est, solum inadæquatus & minus principalis est. Hac responsione præmissa ad duplex *Wernberi* dogma in particula-
ri examinandum accingimur, initium ducentes à primo, quoq;
dicitur: *quidquid ita comparatum est, ut, si ab omnibus bonis Responso- bus omittetur, generi humano pereundem esset, illud per legem ad primum natura à Deo præceptum est.* In ordine ad hanc propositionem, ejusdem obvium quoddam ponamus exemplum, querendo, an omnes dogma, homines per legem naturæ ad matrimonium obligentur i^r affir-
mative certe responderi non potest, sed præcise dicendum est,
statum quidem matrimoniale ut medium unicum propagatio-
nis humanæ ab Authore naturæ statutum esse, ita tamen, ut
nemo determinatè ad illum adstringatur. Jam sic: *Si nullus Per exem- homo determinatè per legem naturæ ad matrimonium ineun- plu- dum compellatur, tunc neque tota hominum collectio; cum matrimo- nies valeat argumentum à sensu distributivo ad collectivum, nio defun- quoties in tota collectione qua tali non reperitur specialis ratio ptum.*
aliter discurrendi; quæ tamen in sententia *Wernberi* falsa es-
sent; siquidem, ea stante, quilibet homo jure naturali ad ma-
trimonium obligaretur; cum enim ex una parte matrimonium ita necessarium sit, ut si ab omnibus omittetur, humano ge-
neri pereundem esset; ex altera vero parte, si non omnes ad
illud adstringerentur, de nullo dici posset, eum obligari, ita
ut cuilibet illum omittere liceret: Quid ergo si quilibet utere. *In senten- tur hoc jure suo, nonne sic brevi tempore genus humanum tia Wern- extingueretur?* Igitur in sententia *Wernberi* omnes homines beri omnes lege naturali ad matrimonium ineundum obligarentur; quia, se homines ad cundum doctrinam ejus, omne illud lege naturali præceptum matrimonio- est, quod, si ab omnibus omittetur, generi humano pereundem obli- dum esset. Ex quo dein aliud adhuc paradoxum flueret; garentur, quemlibet nempe, cœlibatum præ matrimonio eligentem, con- *Omnisque tra jus naturæ delinquere, minusque conformiter eidem juri cœlibatum scripsisse Paulum;* (z) docendo, matrimonium solum permis- eligentes sum, non autem præceptum esse; imo cœlibatum, tanquam ad contra jus salutem magis proficuum, secundum proprium exemplum, com- naturæ mendando. En! ipsem et ejus verba: *boc autem, inquit, dico peccarent.*

K 2

secun-

(z) I. ad Corinth. 7. a v. 6.

Secundum indulgentiam (illud tempore , quod de levende matrimonio præmiserat) non secundum Imperium . Volo enim omnes vos esse , sicut me ipsum . . . dico autem non nuptis & viduis : bonum est illis , si sic permaneant , sicut & Ego . Et circa finem ejusdem capituli : qui matrimonio jungit Virginem suam , bene facit : & qui non jungit , melius facit .

102. Quamvis ergo cessante matrimonio generi humano pereundum foret , non tamen exinde probatur , illud de jure naturæ præceptum esse , sed id solum concedimus , ab Authorre naturæ simplicem ordinationem factam esse , ut aliqui , vel etiam major pars hominum nuberet , ne generis humani propagatio cessaret ; quin tamen ullus ad hoc obligaretur . Quodsi vero præceptum hic subesse velis , constanter id abnui-
mus : qua ratione enim vim præcepti habere possit , quod neminem determinate stringit , & consequenter cuius transgressor nullus esse valet ? primum igitur dogma Wernberi , quod nimur omne illud jure naturæ præceptum sit , quo ab omnibus omissa generi humano pereundum esset , veritati haud conforme est , & consequenter nomen principii juris naturæ neutiquam meretur , quippe quod omnino verum & certum esse debere , extra dubium est .

*Quoniam à
DÉO facta
sit ordina-
tio quondam
matrimo-
nium in-
eundum ?*

*Impugna-
tur se un-
dum dogma
Wernberi
denuo per
exempla.*

*Horum
primum ab
occisione
Tyranni
desum-
ptum.*

103. Videamus nunc , an fors hic Author in altero suo dogmate sit felicior , quo contendit , omne illud jure naturæ prohibitum esse , quod si ab omnibus fieret , generi humano similiter pereundum esset ? Ut autem methodo , priori numero assumpto , insistamus , per exempla denuo procedere libert . Itaque I. naturæ legibus prohibitum esse novimus , Tyrannos , aut iniquos judices , etiam publico Testimonio tales , pro libitu armis invadere , & occidere ; sed ponamus , id à natura cuilibet permitti , imò quavis occasione data ab omnibus praedicari : anne tunc humano generi pereundum esset ? minimè gentium ; nam per hujusmodi facta potius ab hominibus ipsi noxiis repurgaretur , & quieti pristinæ restitueretur . II. Olim lege civili , quamvis contra jus naturæ , permisum erat Patri occidere adulterum in flagranti crimine cum filia deprehensum , dummodo & filiam occidisset : idémque licebat marito respectu certarum personarum , in adulterio cum uxore sua deprehensarum

sarum (a) ut justo dolori leniendo aliquid concederetur. Quid si hoc juri quoque naturæ non refragaretur, sed cuicunque patri aut marito liceret; an propterea generi humano pereundum esset?

104. III. Infra (b) commemorabimus, nonnullis genitibus per speciales etiam leges, *incestus*, *communionem mulierum*, *furtæ* &c. permissa fuisse; prout autem particularibus Rebus publicis illis hæc omnia, utut jure naturæ indubitanter prohibita, nullum detrimentum, sed potius emolummentum afferre credebantur; sic totius quoque naturæ rationalis exitium non post se traherent, si universalis eorum licentia lege naturæ fieret.

105. Ast, inquis, hac licentia facta, turbæ, seditiones, ac bella naturam rationalem obruerent, cum periculo ejusdem omnino aliquando evertendæ. Verum hæc divinando solum dici comprobant præprimis bella, ac seditiones innumeræ, ab *Solvitur ipso Rerum publicarum exordio* sine periculo eversionis earum aliqua insubortæ. Dein: alibi ostendemus quædam juri naturæ adversantia, subin à legibus civilibus alicubi permitta, bono publico non tantum non fuisse nociva, sed & proficia; quid enim turbarum aut alterius mali (ut exempla exemplis addamus) *Abyssi finis* exinde contigit, quod ipsis in more fuerit, ut fures par- plæ *Abyssum rei furtivæ Regi offerre cogerentur*, reliquum vero sine in- famia & impune reihere possent? (c) quænam præterea seditiones, quæ mala *Triballos* * vexarunt, qui (utique contra & *Tribalus* naturæ) non tantum finitos, sed & quoscunque, imo *lorum*. patriam suam, latrociñis infestabant? *I Socrates* (d) certe illos ad instar aliarum gentium inter se concordes fuisse testatur; Unde præcujus concordia ratio, quoad memoratos populos, alia non venerit posse subfuisse videtur, quam quod furta & latrocinia in se invicem pulorum perpetrata, non tantum mutua compensatione tolli, sed & Bonorum communis unitatis exinde promoveri censuerint; dum nempe *concordia ob*

Alia exempla remissive

(a) Vid. 1. *Parri* 20. L. nec in ea 22. §. 4. L. seq. *princ.* 1. *nihil interest* 32. 1. *marito* 24 ff. ad legem jul. de adult.

(b) Num. (c) Franc. Alvarez apud Pufendorf. lib. II. de J. N. & G. Cap. III. §. VIII.

(d) In Panatheniacō.

* Populus erat inferioris Mæsiæ inter Hoemum montem, & Danubium situs.

inter furta ob furta cives diligentius sua custodierunt, & per latrocinia & latrociniis armis assuicti pro defensione patriæ, occasione data, eadem alacritate pugnarunt. Ex quibus omnibus demum patet, altiorem adhuc fuisse rationem, ob quam DEus per legem naturæ hujusmodi scelera prohibita voluerit, quam conservationem naturæ rationalis.

Impugnantur dua maxima Wernberi supra insinuata, 106. Utramque porro Maximam illam à Wernbero ex principio suo deductam, & à nobis supra (e) insinuatam, quod attinet, ambæ tam infirmæ sunt, quam ipsum principium, ex quo desumptæ, magisque prudentiam carnis, quam Spiritus sapiunt, ac insuper Apostoli, si non præcepto, consilio tamen, refragantur, ita scribentis: (f) mortificate membra vestra, quæ sunt super terram. Hanc Pauli doctrinam innumeri sexus utriusque secuti, non in eremo solum & claustris, sed in ædibus etiam propriis, corpori bellum indixere, parum curantes, an idonea ei alimenta deessent, aut vires illius attererentur. Quis autem hos contra jus naturæ deliquisse arguet? vel si deliquerunt isti, deliquit etiam S. Joannes Baptista, qui vinum & siceram non bibit. (g) Qui locutas & mel sylvestre edebat. (h) Deliquit etiam S. Paulus, qui de se ipso fatetur: *Castigo corpus meum, & in servitutem redigo.* (i) Lubricum ergo de-nuo principium juris naturæ est, quod Wernberns statuit, ex quo periculosa adeo, verbisque & exemplis scripturæ contravenientes Maximæ deducuntur.

Ex verbis ac Exemplis scripturæ. 107. Quodsi putas, per jejunia, vigilias, aliisque afflictiones, corpus nimium attenuari, & ad functiones suas pro commodo naturæ rationalis obeundas, ineptum fieri, imo propter illas præmatura morte obruendum fore; dic sodes! an Joannes Baptista, an Paulus, ejusmodi castigationibus attriti, ad fungendum officio suo redditii sunt inhabiles? de Joanne certe contrarium monstrat Evangelium, dicens: (k) fuit Joannes in deserto baptizans & prædicans baptismum penitentiae &c. De Paulo autem Apostolorum acta & propria ejus confessio testantur, quanta pro nomine Christi egerit, passusque fuerit. Inani proin solitudine se conficiunt, qui per moderatas, & à Spiritu discretionis directas corporis mortifications in

(c) Num. 99.

(h) Marci I. v. 6.

(f) I. ad Coloff. 3.

(i) I. ad Cor. 9. v. 27.

(g) Luc. I. v. 15.

(k) Marci I. v. 4.

in ius naturae implogi autumant; eoque corpus per eas attritum humano generi reddatur inutile, imo mors ejus acceleratur; nam contra est, quod experientia præprimis constet, afflictæ carne liberiorem Spiritum exultare, quem alioquin deliciatori & abundantiori pabulo subministrato, hebetiorem obtusioremque redi, nemo est, qui nesciat. Dein ipsa caro, subtractis nonnunquam alimentis idoneis, nonnihil attrita, vires aliquantulum attenuatas aliunde cum fænore recuperat; nam corpora gracilia raro morborum vim experluntur, quam tamen superflue nutrita frequatissime sentiunt, & præcocem mortem Intemperantiae præmium ferunt; dum austерum econtra vitæ genus sectantes seram & vegetam senectam sapissime consequuntur. Verissimum igitur est, quod ait Apostolus (*l*) prudentia carnis Mors est, prudentia autem Spiritus, vita & pax; quoniam sapientia carnis inimica est Deo.

108. Altera quæstio, in Rubrica §. præsentis posita, est, an principium cognoscendi juris naturæ sit *Decalogus*? priusquam *An decalo-* & hic mentem nostram declaremus, præmittendum est, legem, *ius fit* quam in *tabulis lapideis digito Dei scriptam* (*m*) Moyses accepit, illam ipsam esse, quam cordibus hominum, ceu *tabulis piuum juris carnalibus* dudum inscriptam fuisse docet Apostolus. (*n*) De hac *naturæ*? porro lege certum est, quod omnia præcepta moralia, quæ in se comprehendit (excepta circumstantia *sanctificandi Sabbati*) ex lege naturæ proveniant; imo quod *Decalogus* totius juris naturæ præcepta vix non omnia, paucis licet verbis, complectatur; præcipua nimirum capita in se continens, ad quæ cetera revocari debeant. Unde non pauci magnæ notæ Viri cen- *Certum est,* fuerunt, principium cognoscendi juris naturæ, sollicite adeo quod me- quæstum, in solo *decalogo* reperiri, atque ex eo, tanquam *rum jus* limp'issimo fonte, singulas juris ejusdem veritates pleno velut *naturæ* alveo profluere.

109. Nos quod attinet, fatemur equidem, in Decalogo merum jus naturale reperi, si, ut dictum, circumstantiam *Sabbati* excipias; cum autem inter omnes conveniat, principium cognoscendi juris naturæ adeo *primum* esse debere, ut in illud omnia juris ejusdem præcepta tanquam *ratiōnēm à priori* resolvantur, nec istud in aliud ulterius resolvi queat; hinc *Decalo-*

(*l*) ad Rom. 8. (*m*) Exod. 31. v. ult. (*n*) I. ad Cor. 3.

*Nostra de
illo opinio.*

Decalogum pro genuino illo principio, quod hic inquirimus, statuere haud possumus. Siquidem in multa capita dispersus, eo ipso principium *primum* esse nequeat; eoquod illa ipsa capita in communem quamdam originem refundi necesse fit. Dein: nonne *Decalogus* est ipsum pene totum *jus naturæ*, de cuius principio in præsentiarum litigatur? qua ratione igitur principium & fundamentum ejusdem juris dici possit? an non hac ratione fateri cogeremur, *jus naturæ* esse principium, fundamentum, & *rationem à priori* sui ipsius? hoc autem nimium quantum paradoxum esse, quis inficiabitur? Aliud igitur principium *jus naturæ* habere non potest, quam habuit, cum adhuc solis hominum cordibus inscriptum erat, & antequam in *tabulis lapideis* scriptum, per Moysen Israëlitis promulgatum fuit; ad quod proin principium recurrentum est, ipseque *Decalogus* revocandus.

§. XI.

Introductio in quæstionem, an socialitas sit principium cognoscendi juris naturæ?

*Reconsen-
tur Autbo-
res, qui
vel pro-
vel contra
socialita-
tem /cri-
p/erunt.*

¶ 10. Inter Authores, maximè Protestantes, celebratissima sententia est illa, quæ principium & fundamentum juris naturæ, de quo hic litigatur, reponit in famosa illa *socialitate*, quam *Hugo Grotius* (ut ait Clarissimus *P. Schwarz*) velut concepit; enixus est *Pufendorfius*, de fonte levarunt *Christiani Thomasi*, *Boëcleri*, *Nicolai Hertii*, *Rysselii*; à contradictionibus vindicare conati sunt *Immanuel Weberus*, *Joannes Gailfusius*, quibus alii plures (quos inter *Vitriarius* & *Böebmerus*) ad stipulantur; dum econtra non minus celebres Doctores, etiam Protestantes, sententiam illam reprobant, ut, præter alios, *Leibnitius*, *Heineccius*, *Coccejus*, &c. quibus adjungimus notissimos illos, qui factum Pufendorfianum statim ab initio suffocare conati sunt. Prusquam autem ad ipsam opinionis hujus discussionem veniamus, præmittendum est, quidnam *socialitatis* nomine proprie intelligatur, & an homo ex natura sua sit *animal sociale*, qualémque societatem appetat?

III. Quoad

111. Quoad primum porro censemus, illustrius *socialitatem* declarari haud posse, quam ipsius illustris Pufendorfii verbis, qui mentem suam hac in parte explicans (o) ait: „ *Natas ex Pufendorfio.* que enim per socialitatem hic intelligimus præcise proclivitatem ad jungendas societas particulares, quæ etiam malo fine, & modo iniri possunt, uti est conjunctio latronum, quasi sufficeret qualicunque intentione sese cum altero conjunxisse. Sed per socialitatem innuimus ejusmodi dispositio nem hominis erga quemvis hominem, per quam ipsi benevolentia pace & charitate, mutuaque adeo obligatione con junctus intelligitur. Ut adeo falsissimum sit, eam quam nos insinuamus, socialitatem indifferenter se ad bonam & malam societatem habere. „ Ita ille.

112. Cœterum hæc *Socialitas* non solum animorum, sed *Involvit* etiam actionum externarum inter homines conjunctionem etiam *involvit*, quæ finem communem, in tranquillitate & salute plurium hominum, in corpus quoddam morale coalescentium, *actionum* consistentem, intendat. Hujus aliquale exemplum subministrant *externa apes*, & *formica*, quæ bonum commune sui generis, medianum inter opere communi, promovent, & sic per actiones, inter se *bomines*. mutuo cohærentes, societatem quamdam, natura sic impellente, efficiunt. Unde S. *Cbryostomus* (p) *babemus*, inquit, *Dictum S. natura homines cum hominibus societatem: quid ni, cum tale Cbryostomi. quid inter se & feræ babeant.*

113. Hominem porro ex natura sua esse animal *sociale* si ve societatis appetens, communis politicorum sententia cum Aristotele tenet, prout quam plurima testimonia comprobant, è quorum principalioribus aliqua subnectere placuit; sic enim *Cbrysippus* apud *Ciceronem* (q) præclare differit, inquiens, *cætera nata esse hominum causa & Deorum, eos communitatis & societatis sua, ut bestiæ homines utè ad utilitatem suam possint sine injuria, quoniam quæ ex natura esset hominis, ut cum genere humano quasi civile jus intercederet, qui id conservaret, ex variis eum justum, qui vi ageret, injustum fore.* Et ipse *Cicero* (r) antiquos, ait, *quasi munieribus Deorum instructi atque ornati sumus, rum effatis L omnes*

(o) *De jure Nat. & Gent.* lib. II. Cap. III. §. XV. fol m. 203.

(p) *Hom.* 31. apud *Grotium* in proleg. de jure B. & P. §. 6, in notis

(q) *III. de Fin.* (r) *Lib. I. de legibus.*

omnes inter se naturali quadam indulgentia & benevolentia, tum etiam societate juris continemur. Hinc etiam Seneca (*s*) *Homo*, inquit, in adjutorium mutuum generatus est. Et Marcus Antoninus (*t*) ad mutuas, ait, *operas nati sumus, quomodo pedes, manus, palpebrae, dentium superiorum inferiorumque ordinis.*

114. Stabilito in hunc modum hominis ad societatem appetitu, difficilior exurgit quæstio, an appetitus ille, sive inclinatio, tendat ad societatem qualemcunque æqualiter, an vero ad perfectam præ imperfecta? pro quo præsciendum est, aliam esse societatem humānam simplicem & imperfectam, aliam vero imperfectam & perfectam. Prior est, quæ non nisi paucos homines complectitur, & Patrifamilias tanquam capiti subest, quidein triplici potestate instructus esse noscitur; *maritali* scilicet, *patria*, & *berili*; quarum prima competit in uxorem, altera in liberos, tertia vero in servos. Posterior seu perfecta societas ex multis imperfectis componitur, definiturque, quod sit *catus plurimorum hominum in ordine ad communem felicitatem sub communi quodam regimine congregatus*. Hæc Societas rursum duplex est, *particularis* nimirum & *universalis*: Prioris nomine venit certa quædam plurimorum hominum congregatio sub regimine *particulari*, in ordine ad finem illis tantummodo communem; quæ Societas alias *Respublica* vocatur. Altera, seu *universalis*, est tota hominum universitas ad communem naturæ finem ordinata.

Quid fit Societas particularis & universalis?

115. Societatis porro sic descriptæ initia non minus quam progressum innuit *Piso* (*u*) sic differens: „ ipsa Charitas generis humani, quæ nata à primo statu, quo à procreatoribus ex *Pisone*. „ nati diliguntur, & tota domus conjugio & stirpe conjungitur, serpit sensim foras, cogitationibus primum, tum affinitatibus, deinde amicitiis, post vicinitatibus. cum civibus & aliis, qui publice socii atque amici sunt, deinde complexu totius gentis humanæ. „ Et *Cicero* (*w*) „ cum sit hoc, inquit, naturâ commune omnium animantium, ut habeant libidinem procreandi, prima Societas in conjugio est, proxima in liberis, deinde una domus, communia omnia. Id autem

(*s*) Lib. I. de ira Cap. 5.

(*u*) Apud Ciceronem V. de Fin.

(*t*) Lib. II. Cap. 1.

(*w*) Lib. I. de off.

, autem principium urbis, & quasi seminarium. Sequuntur
 , fratribus conjunctiones, post consobrinorum, consobrina-
 rumque, qui, cum una domo jam capi non possint, in alias
 , domos, tanquam in colonias exeunt. Sequuntur connu-
 bia & affinitates, ex quibus & plures propinquui, quæ pro-
 pagatio & soboles origo est rerum publicarum. , His præ-
 missis.

116. Concludimus, naturalem hominis inclinationem ma- *Naturalis*
 gis ad societatem perfectam ferri. Ita Cicero (x) sic discut- *appetitus*
 tens: *Ratio a natura menti data*, facit hominem hominum ap- *bominis*
petentem, cumque iis natura & sermone & usu congruentem, magis fer-
 ut profectus à caritate domesticorum ac suorum currat longius, tur in so-
 & se implicet plurium Civium, deinde omnium mortalium so- *cietatem*
 cietate: Atque, ut ad Archytam scripsit Plato, *non sibi solum perfectam.*
natum meminerit, sed Patria, sed suis, ut peregrina pars iphi
relinquatur. Eandem sententiam ante Ciceronem jam ample-
 xus est Aristoteles (y) docens, hominem esse animal sociale, *Idem docet*
magisque quam omnis apis & omne gregarium; habere propterea Aristote-
la natura sermonem, ut indicet utilitatem & damnum, atque les.
ita justum & injustum, ejusque societatem facere domum &
civitatem. Ita Philosophus.

117. Hunc sequitur fidelissimus ejus interpres S. Thomas *Huic Phi-*
 (z) ita scribens: „ Cum homini datus est sermo à natura, & logos
 „ sermo ordinetur ad hoc, quod homines sibi invicem commu- *consentit*
 „ nicent in utili & nocivo, justo & injusto, & aliis hujusmo- S. Thomas
 „ di: sequitur, ex quo natura nihil facit frustra, quod natu- *Doctor*
 „ raliter homines in his sibi communicent. Sed communica- *Angeli-*
 „ tio in istis facit Civitatem. Igitur homo naturaliter est ani- *cus.*
 „ mal domesticum & civile. „ Et post pauca: „ singuli homi-
 „ nes comparantur ad totam Civitatem, sicut partes hominis
 „ ad hominem: quia, sicut manus aut pes non potest esse sine
 „ homine; ita nec unus homo est per se sibi sufficiens ad vi-
 „ vendum separatus à Civitate: Si autem contingat, quod ali-
 „ quis non possit communicare Societate Civitatis propter suam
 „ pravitatem, est pejor quam homo, & quasi bestia. Si vero
 „ nullo indigeat, & quasi habens per se sufficientiam, & prop-

(x) Lib. II, de Fin.

(y) I. Politic. & alibi.

(z) In loc. cit. Aristot. Lect. I.

„ter hoc non sit pars Civitatis, est melior quam homo: est enim quasi quidam Deus.“

Probatur conclusio.

118. Ne vero sola nos auctoritate niti putes, ratione quoque sententiam nostram stabilimus, sic discurrendo: Creator omnium Deus produxit hominem nobilissimis animæ facultatibus, intellectu scilicet, ac voluntate, nec minus corpore perfectissimo instructum, quibus non solum vocem, sed & sermonem addidit. Verum postquam Protoparens noster de *ligo scientia Boni & malii* vetitum decerpit fructum, malorum omnium semine repletum, & dum *similis diis, sciens Bonum & malum*, esse voluit; nec ratio in omnibus hominibus æque perspicax, nec voluntas æqualiter in singulis rationi subiecta esse

Per peccatum Adamus dignoscitur: Corpus etiam post memoratum ad eum effectum est, ut majori ferme cum calamitate nascantur, quam corpora brutorum; hæc enim vix non cum prima *seria boni* Lucis usura de necessariis providere sibi possunt; cum homo *ni adveniat* econtra, præterquam quod nudus & infirmus è sinu materno *nerint*. prodeat, post multorum demum annorum spatia, de vita necessariis providere sibi valeat. Ut igitur non tantum corpus *Homo apud petit societatem perfeccam ut magis pro* humanum incrementa caperet, sed & Ratio perficeretur, ac voluntas ad honestatis ac virtutis normam dirigeretur, & sic *feliciter ut* quoad corpus & animam homo beatae viveret, Author naturæ *magis pro* appetitum ad eam societatem illi instillavit, in qua subsidia optimæ vitæ magis beatæ reperire posset; hoc autem procul dubio *ficiam.* est societas perfecta.

Obiectio prima Pufendorfii.

119. Ait, inquit illustris *Pufendorfius*, (a) posito appetitu societatis in homine, non inde statim sequitur, hominem natura ferri ad societatem civilem & perfectam: non magis, quam hoc sequitur: Homo per naturam desiderat aliquam occupationem: ergo natura fertur ad studia litterarum: nam appetitus ille per societas etiam imperfectas, & initâ solum cum æqualibus amicitiâ impleri potest, juxta illud Aristotelis: (b) *Homo conjugale magis, quam civile animal est, quanto prior magisque necessaria est familia, quam Civitas.* II. Ait: (c) indigentiam hominis nec primam, nec præcipuam causam fuisse

Obiectio secunda.

(a) *De J. N. & G. Lib. VII. Cap. I. §. III.*

(b) *Ad Nicom. Lib. 8. Cap. 14.*

(c) *Loc. cit. §. VI.*

constituendæ societatis perfectæ; nam etiam antea, quando ad-huc in familias segreges dispersi agebant homines, satis consultum erat necessitatibus vitæ, inventa agricultura & pecuaria, vinicultura, vestiaria, aliisque artibus, juxta scripturam (*d*) & sane ponamus Patremfamilias, cui affatim agri, pecorisque ac servorum; quid huic deesse possit ad tolerandam hancce vitain? Aut si quid desit, per commercia id supplere poterit; sicut multæ hodie Civitates dantur, quæ merces, necessitati aut voluptati inservientes, ab exteris petunt, nec tamen ideo cum illis in unam Civitatem seu societatem perfectam coalesce-re necessum habent. Vice versa dantur populi, per multa jam sæcula vitam civilem degentes, haud quidquam splendidiorem aut copiosiorem, quam prisci quondam Patresfamilias vicitab-
bant. * III. Arguit. (*e*) ad hoc naturaliter fertur homo, ut nemini subjectus esse, ut omnia suo agere arbitrio velit, quod si vero societatem perfectam subeat, naturalis libertatis jactu-ram facit, ac imperio se subjicit, quod, præter alia, jus vitæ & necis in ipsum complectitur, & cuius jussu plurima facien-danda a quibus quis alias abhorrebat, & omittenda, quæ vehe-menter appetebat &c. Ex quo consequaneum est, hominem ex natura sua non appetere societatem *perfectam*.

*Objectio
tertia,*

120. Verum hi discursus sententiam nostram haud infrin-gunt; Ad I. enim reponimus, tum ex authoritate, tum ex ra-tione, a nobis ostensum esse, societatem illam ab homine ap-peti, in qua pleniorum felicitatem consequi valeat, eam autem esse societatem perfectam. Ad II. priusquam respondeamus, adducere juverit Angelicum Doctorem (*f*) sic differentem:
 „ Cum homini competit in multitudine vivere, quod sibi non sufficit ad necessaria vitæ, si solitarius maneat: oportet,
 „ quod tanto perfectior sit multitudinis societas, quanto ma-gis per se sufficiens erit ad necessaria vitæ. Habet siquidem

*Responde-
tur ad pri-
mam ob-
jectionem.*

L 3

„ aliqua

{*d*) Gen. 13. v. 2. & Cap. 24. v. 35. {*e*) Loc. cit. §. IV.

{*f*) De Regimine Princ. Lib. 1. Cap. 1. circa finem.

* Notat hic Nicolaus Hertius illud ex Grotio *Historia Belgicae* lib. 4. ad annum MDXCV. de Samointis: *Latos parvo aequo agiles non de-litiae enervant, non cura macerant: qua pedibus incessit, quod manibus capit, id cuique suum est; nec aliis possidendi finis, quam animus para-sis contentus & obviis. Ita omnia habent, quia nihil concupiscunt.*

, aliqua vita sufficientia in una familia domus illius , quantum
 „ scilicet ad naturales actus nutritionis & proli generandæ &
 „ aliorum hujusmodi ; in uno autem vico , quantum ad ea , quæ

Responso „ ad unum artificium pertinent , in Civitate vero , quæ est
 ad II. ex „ perfecta communitas , quatenus ad omnia necessaria vita . „
doctrina Ita S. Doctor. Ex cujus verbis ad memoratum *Pufendorfii* ar-
S. Thoma gumentum II. reponimus : quamquam in societate imperfecta
desumpta. quoad vitæ necessaria utcunque homini prospectum sit ; cum ta-
 men hæc omnem illam felicitatem , quam homo in societate
 quærat , subministrare haud possit , hinc societatem perfectam
 naturaliter appetit , ut in ea id , ad quod inclinatur , vitam
 scilicet beatorem , inveniat.

121. Ad III. quamvis homo naturaliter ad libertatem pro-
 pendeat , non tamen illam appetere censendus est , in qua me-
 re ex arbitrio suo vivere , ac ea omnia , quæ genio suo placent ,
 agere possit , sed illam , in qua secundum rationem & legem

Responde-
tur ad ter-
tium. in cunctis operetur. Verus igitur Libertatis estimator impe-
 rium illud neutiquam aspernatur , quo incrementum & orna-
 mentum non minus boni publici , quam privati , promovetur ;
 cum enim hominem liberum recta , & præclara , & decora se-
 qui oporteat , ratio vero cuivis dicit , frustra timeri jacturam
 libertatis ab imperio , quod eam potius excolare , & ad finem
 à natura præstitutum manuducere aptum est ; hinc potius ejus-
 modi imperium appetere , quam respuere , à natura doceri cre-
 dendum est.

Et ostendi-
tur , qua-
lem liber-
tatæ bo-
monatura-
liter ap- -
petat. contingat , per accidens id evenire censendum est , ac præter
 intentionem illorum , qui primitus perfectam societatem inie-
 runt ; hi enim procul dubio limites præscriferint , intra quos
 imperantium potestas ita contineretur , ne parentium libertas
 opprimeretur ; Ut enim *Tacitus* ait , (g) subditi sunt , ut pa-
 reant , non ut serviant . Utut proin libertas naturalis homini
 blandiatur , necesse tamen est , ne illud eblandiatur , ut bona
 longe nobiliora & excellentiora , quæ ex societate perfecta con-
 sequi ostendiuntur , effrænis genii placito postponat . Verissi-
 mum quippe *Ciceronis* (h) effatum est : *Cum omnia ratione*
animoque lustraveris , omnium societate nulla est gravior , nulla
cbarior , quam ea , quæ cum Republica est unicuique nostrum.
 His præmissis sit.

§. XII.

Proponuntur argumenta eorum, qui socialitatem pro principio cognoscendi juris Naturæ statuunt.

122. **S**At efficaciter, ut quidem opinamur; §. precedente ostensum est, hominem naturaliter societatem, & quidem perfectam appetere: an autem socialitas sive appetitus ille societatis à nobis supra descriptus sit unicum ac genuinum principium juris naturæ, disquirere nunc oportet; quem in finem ad *Socialistarum* seu affirmativam tenentium argumenta sincere referenda nunc accingimur; quod securius haud præstabimus, quam præcipuorum ex iis lucubrationes accuratius perscrutando, & eorum hac in parte sensa propriis non raro ipsorum verbis exprimendo.

123. Primus igitur occurrit *Hugo Grotius* (i) * pro socialitate sic scribens: *Inter hæc, quæ homini sunt propria, est appetitus societatis, id est communitatis, non qualiscunque sed tranquillæ, & pro sui intellectus modo ordinatae, cùm bis qui sui sunt generis.* ** Et (postquam hunc in finem homini sermonem *** tanquam instrumentum colendæ societatis attributum esse dixerat,) (k) subjungit: (l) *Hæc verò - - - societatis custodia humano intellectui conveniens, fons est ejus juris, quod propriæ tali nomine appellatur: quo pertinent alieni abstinentia, & si quid alieni babeamus, - - - restitutio &c.*

124.

(i) In prolog. de J. B. & P. §. 6.

* Admittit hic Auctor pro principio juris Naturæ etiam consensum gentium, prout inferus dicetur.

** Confirmat hoc M. Antoninus Imperator lib. V. §. 16. ita docens: *Pridem patuit, ad societatem nos genitos. Nonne in aperto est, deteriora esse meliorum causa, meliora vero alterum alterius causa.*

(k) Loc. cit. §. 7. (l) Ibid. §. 8.

*** Addit Gronovius (ad citatum §. 7. proleg. Grotii) *moderationem vocis, orationis vim, quæ conciliarrix est humanae maxime Societatis.* ex Cicerone Lib. I. de Leg.

**** *Justitia in eo sita est, ut abstineatur alienis, neque noceatur non nocentibus.* Porphyrius *de non esu animalium.* 3. allegatus à Grotio in notis ad cit. §. 8.

124. Ut porro laudatus Auctor hoc suum assertum probat,
Senecam (*m*) pro se perorantem adducit. (*n*) Qui more suo
 satis emphatice sic discurrit: „ Fac nos singulos, quid sumus?
 „ præda animalium, & victimæ, ac vilissimus, ac facillimus
 „ sanguis: quoniam cæteris animalibus in tutelam sui satis vi-
 „ rium est. Quæcunque vage nascuntur, & actura vitam se-
 „ gregem, armata sunt: hominem imbecillitas cingit: non
 „ unquium vis, non dentium, terribilem cæteris facit. Ducas
 „ res dedit, quæ illum obnoxium cæteris facerent validissi-
Quampro- „ mum, *Rationem*, & *Societatem*. Itaque qui par esse nulli
bat ex Se- „ posset, si diduceretur, rerum potitur. Societas illi domi-
neca. „ nium omnium animalium dedit: Societas terris genitum in
 „ alienæ naturæ transmisit imperium, & dominari etiam in
 „ mari jussit. Hæc morborum impetus arcuit, senectuti ad-
 „ miniculum prospexit, solatia contra dolores dedit: hæc for-
 „ tes nos facit, quod licet contra fortunam advocate. Hanc
 „ tolle, & unitatem generis humani, qua vita sustinetur, scin-
 „ des. „ Ita *Grotius ex Seneca*.

Pufendorfii 125. His non contentus Illustris *Pufendorfius*, alias adhuc
prælimina- rationes conquisivit, quibus ostendere nititur, *Socialitatem uni-*
ria pro suo cum esse principium, & fundamentum, cui totam juris naturæ
principio fabricam superædificare oporteat. Ut proia hoc suum inten-
juris natu- tum assequatur, præmittit I. (*o*) necessariam hoc in passu esse
ra. accuratam considerationem status naturalis humani. II. Respi-
 ciendum esse ait ad illa, quæ homini commodum aliquod
 aut incommodum afferunt; notat enim (*III.*) hominem
 id habere commune cum cæteris animalibus, quod seipsum sum-
 me diligat, * & consequenter sui conservandi studiosissimus,
 omnia quæ sibi mala & nociva esse videntur, sedulo devitet,
 quæ

(*m*) IV. de Benef. cap. 18. (*n*) In propriis notis ad cit. §. 3.

(*o*) De J. N. & G. L. II. c. 3. §. XIV.

* Monet hic Pufend. (loc. cit. circa finem) se in eruenda hominis con-
 ditione amori proprio priorem locum affiguasse, non quod quilibet se ipsum
 solum reliquis omnibus ubique præferre debeat, aut omnia propria utilitate
 metiri, eamque quartus ab aliorum commodo separata est, summum sibi
 scopum proponere. Sed quia amorem proprium naturaliter bono prius sen-
 tire, quam aliorum curam, eo ipso, quod naturaliter prius est sentire sui,
 quam aliorum existentiam Es.,

que vero bona & proficia, diligentissime conquerat. *^TObser. IV.
 vat; illum ipsum sui amorem, & conservandi studium in homine
 cum ingenti imbecillitate & indigentia conjunctum esse,
 cui post DEUM ab aliis maxime hominibus succurri possit;
 quamvis enim singuli ipsius sint egentes, & ad semet conservandoe adeo tenues reperiantur, ut multarum rerum & ho- Imbecilli-
 minum opera ad bene & commode vivendum indigeant, tas hominum
 cum ad pleraque hominibus utilissima & summe necessaria
 efficienda, singulos & vires & tempus defecturum sit, ni subleva-
 plures hominum operas coniuxerint; tamen vicissim singuli menexigit.
 in aliorum usus multa possunt praetare, quibus ipsi non
 egent, & que adeo ipsis nulli erant futura ului, nisi in alios
 dispensarentur homines. „ Hinc optime Seneca (p) ait:
Homo in adjutorium mutuum generatus est: & Marcus Antonius Phil. (q) ad mutuas, inquit, operas nati sumus, quomodo pedes, manus, palpebra, dentium superiorum, inferiorumque ordines.

126. V. Advertit Pufendorf, statum naturalem conjunctum *Quanta sit* esse cum insigni hominum pravitate, vi cuius non minus nocu- pravitas
 menti & molestiae (quam commodi) inferre possunt, & saepe humana volunt: *** in qua pravitate cætera animalia ab homine superari statui na-
 late probat, (r) & concludit nullum esse animans, quod ho-
 M turali con-
 mini junda.

* Huc pertinet illud Ciceronis (Lib. III. de Fin.) *Simil atque natum est animal, ipsum sibi conciliatur, & commendatur ad se conservandum, & ad suum statum, & ad ea, que conservantia sunt ejus status, diligenda: alienatur autem ab interitu, risque rebus, que interitum videntur afferre.*

** Imbecillitatem hanc optime depinxit Seneca de consolat. ad Martiam C. XI. inquiens: *Quid est homo? imbecillum corpus, & fragile, nudum, suapte natura inerte, alieno opis indigens, ad omnem fortunam consumeliam projectum: quem bene lacertos exercuit, cuiuslibet feræ pabulum cuiuslibet victima, ex iufrmis fluidisque concoctum, & lineamentis exterioribus nitidum: Frigoris, astus, laboris impatiens: ipso rursus siccus & osio iterum in tabem, alimenta metuens sua, quorum modo inopia, modo copia rumpitur: anxiæ sollicitaque ructæ, precarii spiritus & male hærentis, quem pavor repentinus adjectusve ex improviso sonus auribus gravis excutit. Soli semper nutrimentum sibi viciosum & inutile.*

(p) Lib. I. de Ira. c. 5. (q) Lib. II. c. 1.
 (r) De J. N. & G. Lib. II. c. 1. §. 6.

*** Meretur hic legi Cicero Lib. II. de Offic. cap. 3. & duobus seqq. Ubi ostendit, nihil esse, unde plus boni malive hominibus immineat, quam

*In homini-
bus ingens
diversitas
ingenio-
rum & in
clinatio-
nem.*
*Est causa
litium.*

mini plus quam homo nocere possit, & velit. * VI. Denique in eodem statu naturali deprehendit insignem humanorum ingeniorum & inclinationum varietatem, ** qua longe major sit ingenio, quam in illo genere brutorum. Unde Pilemon (s) si triginta, inquit, milia vulpium quis congreget, unam natum in omnibus cernet inesse, modumque vite & tenorem parem. Nostrum autem quot corpora nomino, totidem est & vita rationes cernere. Hæc ingeniorum humanorum varietas lites innumeras proglignere valet; vel enim duo v. g. volunt rem unam, vel diversas? Si primum, litigabunt: coquod amborum desiderium feratur in idem: Si secundum: denuo litigabunt, ob eorum discrepantiam, tum quoad finem, tum quoad media.

127. Ex his porro qualitatibus in homine observatis Pufendorfius præprimis insert (t) eundem ex natura sua esse animal Sociabile. Ejus argumenta in succinctas quatuor ratiocinationes ab Heineccio (u) facillime redacta sunt sequentia:

I. Quodcumque animal se ipsum summe amat, siue conservandi studiosissimum est, vivere debet socialiter; homo est tale animal; ergo debet vivere socialiter.

II. Ho.

quam ab aliis hominibus, & concludit, inquiens: Cum igitur lic locutus nibil habeat dubitationis, quin homines plurimum hominibus & proficiat, & obsint: primum hoc statu esse virtutis, conciliare animos hominum, & ad usus suos adjungere.

(s) Apud Stobæum Serm. 2.

* Apposite Libanius Declamat. IX. ait: Nonne misce quidem animal verborum tenus homo est: sed rebus ipsis agresti, & effrane? Nam quenam Leonum adversus Leones expedicio? Quod bellum inter ejusdem generis belluas? quod apud illas est perjurium? que pectorum violatio? que perfidia ranta & avaritia? quod apud illas curram & pecuniarum amor? quas commissationes aut tropulas? que norunt adulteria?

** Scilicet inter homines quot capita tot sensus, & siuum cuique pulchrum, juxta illud Horati II. Sat. I. v. 27. & seqq.

- - Quot capitum vivunt, totidem studiorum Millia.
De causis hujuscemodi diversitatis late differit Heineccius in prælect. Acad. in Pufendorf. de Off. Hom. & civ. Lib. I. cap. I. §. XI. f. m 17.

(t) De J. N. & G. Lib. II. cap. 3. §. 15. Item: de Off. Hom. & civ. Lib. I. cap. 3. §. 7.

(u) In cit. prælect Acad. ad mox dictum §. 7.

II. Homo de se est animal miserrimum, cui succurrere praeter DEUM aptissimi sunt alii homines; ergo est animal sociabile. Quatuor argumen-

ta, quibus ex intentione DEI tenetur vivere socialiter. Pufendorf.

IV. Homines diversissima habent ingenia, adeoque extra ex natura societatem se invicem destruerent; ergo necessarium est, ut sua sociabilis esse probat.

128. Hæc argumenta Pufendorfii, ut minus efficacia, ad probandum hominem esse *animal sociabile*, rejicit Clas. Deocbarus Gerhardus Titius (w) rationibus mox apponendis suffulatus; Arguit enim I. Non esse sequelam legitimam: Homo se ipsum amat; ergo inclinatur ad amandos homines alios, nam amor proprius aliorum amorem saepe excludit. Quod si quis reponat, ab amore proprio nos impelli ad *socialitatem*, ut ab aliis bona consequamur, alhil evincit; cum hac via non *societas*, sed *propria* cuiuslibet *utilitas* pro *juris naturæ principio* & fundamento stateenda foret, quod tamen Pufendorfus non admittit. Arguit II. Eum veritati in circulo vitioso, dum Quaenam juxta superioris dicta *socialitatem* probat ex *probabilitate*, alibi (x) mentio Titius, ut min- vero hanc ex illa sequi asserit. Arguit III. Ex miseria hominis tio, ut min- istidem *socialitatem* non inferri; eoquod similiter totum argumentum inde petitum in *utilitatem propriam resolvoatur*, mus effica- Arguit IV. Allegitimam esse illationem: Homo aptissimus est ad succurrendum homini in sua imbecillitate & miseria; ergo ad mala impugnantur.

M 2

quo

(w) Observa 78, in d. lib. I. c. 3. de qff. H. & C. fol. M. 123.

Utrique non admittit, sed magis inculcat, amorem proprium & socialitatem haud quidquam sibi opponi debere; sed potius ita temperandas eas inclinations, ut ne per illum hæc perturbetur; aut evertantur &c. Ita lib. II. de J. N. & G. c. 3. f. 16.

(x) De off. H. & C. loc. mox citato.

quo homo erga alios socialitatem exerceat? juxta priorem, doctrina videtur falsa, juxta posteriorem, ultimum fundamentum juris naturalis constituit (Pufendorfius) utilitatem privationis.

Observatio 129. Hæc porro Clarissimæ Titii, in predicta quæcunq; argumenta, observationes, quantum roboris habeant, Lectoriis tui quid roboris habent. judicio relinquimus, id unum annexentes, eundem Auctorem à non nemine (y) ut nimis hac in parte acutum reprehendi; eoquod satis notum sit, à Pufendorfio socialitatem hominis non ex singulis illis affectionibus separationem, sed ex omnibus simul sumptis derivari. Ubi tamen regeri fors à Titio potuisse, non malam esse illationem à sensu distributivo ad collectivum, quod in tota collectione qua tali singulare quid non reperitur, quod singulis non insit, prout in substrata materia laudato Tilio visum est. Verum his omissis, & superius jam à nobis probato, quod homo sit animal sociale.

130. Illustris Pufendorfius (z) fundamentealem naturæ legem ait esse istam: cuilibet homini, quantum in se, colenda, & conservanda est pacifica adversus alios socialitas, indolis & scopo Pufendorf generis humanni ita universum congruens. Quod vero socialitas humanæ, ex quibus supra probare nitebatur, hominem esse animal sociabile, in unum quasi fasciculum colligit, & ex his modo dictas propositiones suas inferens, sequentem discursum (a) format: „ Manifesto apparet, hominem esse animal sui conservandi studiosissimum, per se egenum, sine sui simili, „ lium auxilio servari ineptum, ad mutua commoda promovendia maxime idoneum, idem tamen sapere maliciosum, „ petulans, & facile irritabile, ac ad noxiam inferendam, „ promptum, ac validum. Ejusmodi animali, ut salvum sit, „ bonisque fruatur, quæ in ipsius conditionem hic cadunt, „ necessarium est, ut sit sociabile, id est, ut conjungi cum suis

Eiusdem
proposito
afferto di-
cursus.

(y) In notis ad Pufend. l. c. de J. N. & G. I. II. c. 3. §. XV.

(z) In §. mox citato. (a) §. Eodem.

„ suis similibus velit, & adversus illos ita se gerat, ut ne ipsi „ ansam accipient eum laedendi, sed potius rationem habeant „ ejusdem commoda servandi aut promovendi. „ Ita Pufendorfius, qui ex his premissis supradictas illationes eruit, queis fundamentalis naturae legem, seu principium unicum societatem statuit; ait enim ibidem: *Istbanc viam eruendo juri naturali non planissimam solum esse patet; sed et eandem maximè via planissimum, et propriam plerique sapientum magno consensu agnoscunt.*

132. Ut porro sapientiam illorum hac in parte consenserit ostendat, aliquorum dicta profert in medium, & præ-
primis adducit Senecam, cuius dicta superius (b) pro ar-
gumento Grotii allegavimus. * Adducit præterea Plinium
(c) dicentem: *Vir virum, et urbs servat urbem. Manus manum layat, et digitus digitum, salus omnis in sociis.* Rur Probat af-
fus el favere videtur saepe laudatus Imperator Marcius An- fuscum
toninus Philosophus, (d) *societatem vocans bonum anima- suum va-*
lis rationalis, qui & alibi passim hominem animal ad societatem riis vario-
natum prouantiat. Cicero quoque affirmit, triste admodum rum sa-
hominii futurum perpetuo solitarie vivere; ait enim: (e) *Nemo pientum in solitudine vitam agere velit, ne cum infinita quidem voluptatis, tum abundantia.* Unde facile intelligitur nos ad conjunctionem præsertim congregacionemque hominum, & ad naturalem communitatem Ciceronis.
esse natos. Et alibi: (f) *Quodsi omnia nobis, quæ ad vitium cultumque pertinent, quasi virgula divina, ut ajunt, suppeditaretur, tunc optimo quisque ingenio negotiis omnibus omisssis totum se in cognitione et scientia collocaret.* Non est ita. Nam et solitudinem fugeret, et socium studi quereret, tum docere, tum discere vellet, tum audire, tum dicere.

133. Quodsi Pufendorfio objicias, per allegata testimonia indicari quidem naturalem hominum inclinationem ad societatem,

M 3 minime

(b) Num. 123.

* Notari hic etiam ea merentur, quæ idem Seneca scribit in Epist. 103.
scilicet: ab homine homini quotidiam periculum. Et mox: *Hominem perdere hominem liber.* Tu tamen ita cogita, quod ex hominum periculam sit: ut cogites, quod hominius sit officium. Alterum insuere, ne laedaris, alterum ne laedas.

(c) Lib. IX. c. 46.

(d) Lib. V. §. 16.

(e) III, de Fin. c. 20.

(f) I. de off. c. 44.

Objec^{tio} contra allegata testimonia. minime tamen, aut ex illis, aut ex inclinatione mox dicta, probari totum juris naturalis principium & fundamentum in socialitate situm esse. Quodsi, inquam, hæc objicias, in arena suppetet ei responsio, dicetque, naturam ipsam, quæ socialitatem instituit, eidem quoque leges constituisse; alioquin enim reprehendi posset, tanquam in necessariis deficiens; ut enim rursus ait Cicero (*g*) non opinione, sed natura constitutum esse jus, patebit, si hominum inter ipsos societatem coni possit occurri. *Qualiter dicitur* a *Jamblicbus* (*b*) ut homines simul, & tamen sine lege vivant, fieri non potest. Eo enim pacto maius ipsis damnum infertur, quam si quisque singillatim vitam institueret.

§. XIII.

Reliqua fundamenta Pufendorfii, Thomasii & aliorum.

Alia Pufendorfii argumenta referuntur. 134. Recensitis §. præcedente rationibus Pufendorfius adhuc alias quasi secundarias superaddit, & quidem. (*i*) I. quod (extra societatem) inutilis foret lingua nobilissimum instrumentum, per quam solus homo præ ceteris animalibus animi sensa articulato sono potest exprimere. II. Quod optimus quisque præclare agendo inter alios sese ostentare quam maximè gaudeat. III. (*k*) Eo magis, inquit, cuiusvis hominis præstantia & perfectio exsplendescit, quo plura ab eodem in ceterorum commodum proficiuntur, eaque opera nobilissima habentur, summamque sapientiam postulantia; ergo lex fundamentalis naturæ est socialitas. IV. Denique (ut alia leviora omitteremus) pro stabiliendo suo principio sic discurrit: (*l*) si vel maxime ab aliquo neque boni quid neque mali in me proficiere posset, nihilque in se is habeat, quod vel metuam, vel desiderem, tam et bene tanquam cognatum & æqualem haberi natura vult. Quæ etiam sola ratio, si ceteræ deficerent, ad amicam societatem colendum humano generi sufficit. Ita denuo Pufendorfius, qui

135. Ut

(*g*) Lib. I. de Leg. c. 5.
in §. 15.(*h*) Propt. c. 20.
in §. 16.(*i*) Loc. sape cit.
(*j*) Ibidem.

135. Ut propositis rationibus majus robur adderet, varias-
qué instantias, quas fieri sibi posse, non vane suspicabatur, Finitetur se
præveniret, intentionemque suam eo sincerius declararet, ali- bic praci-
cubi (*m*) serlo inculcavit, se in adstruendo hoc suo juris naturæ pue respe-
principio eo præcipue respexisse, ut officia hominum mutua *xisse* solum
sive erga alios explicaret, cæterum officia hominis erga DEum *ad officia*
oportere tractari in Theologia naturali; officia vero erga se *bominum*
ipsum partim ex Religione, partim ex lege socialitatis fluere *inter se*,
asserit; ita, ut *nisi homo servus Dei*, & membrum societatis
humana *esset*, *ipsius nulla erga semet officia intelligi possent*.
Rursus ait, (*n*) se in disciplina juris naturæ non solos Chri-
stianos, sed universum genus humanum imbuere intendisse, &
propterea *tale principium constitueren convenientius fuisse*, quod *Ac pro to-*
nemo, modo rationis compos sit, abnuere queat. Addit demum *to genere*
(*o*) se in resolutione sua categorica de principio juris naturæ, *bomano*
qua dixit, cuiilibet homini colendam esse societatem, studiole
addidisse hæc vocabula, *quantum est in se*; quia, cum penes
nos non sit præstare, ut alii omnes sele erga nos, prout par est,
gerant: igitur officio nostro satisfecimus, si nihil eorum, quæ
in nostra erant facultate, omisimus, quod istos, ut vicissim
erga nos sociabiles essent, permovere posset. Hæc de argu-
mentis *Pufendorfii*, ex quibus *genuinum, sufficiens, & ad aqua-*
rum principium cognoscendi legem naturæ esse socialitatem afferit,
idque à se tam liquido demonstratum esse arbitratur, *ut nemini*
cordato amplius super ea re dubium superesse queat. (*p*)

136. Alter eandem *socialitatem* tanquam juris naturæ prin-
cipium & fundamentum propugnat Illustr. *Christianus Thomafus* (*q*) * qui præprimis supponit eandem esse rationem legis
& status: *statum normam legis ** esse, legem vero esse normam*

actio-

(*m*) In specim. controv. c. 5. §. 25. Item in spicileg. c. I. §. 14.

(*n*) In præfat. ad Ll. de I. N. & G. (*o*) D. §. 15. (*p*) In apolog.

§. 23. f. m. 40. (*q*) Instit. jurisp. divinæ Lib. I. c. 4. in §. 34. &
aliis subseqq. dispersim edit. Hal. de anno 1710.

* Acerimus primum sententia *Pufend.* defensor, à qua tamen recessit,
postquam factis perspexit, multis ipsam difficultaribus esse expositam.
Fleischerus Instit. J. N. & G. I. I. c. 6. §. 38.

** Præcunie scilicet *Pufendorfio* de off. H. & C. I. I. c. 3. §. 1. quem ta-
men *Heineccius* (in prælect. Acad. ad loc. cit. *Pufend.*) non nihil
reprehendit, ita scribens: *prudens Legislator non modo ad statum Rei-
publicæ & subdiorum respicit, sed ad finem suum, quem pene neglexit*
Pufen-

Tbomasius actionum, quas homines in isto statu viventes debent edere. Dein alio modo vero sic discurrit: Ratio hominis in cogitatione consistit; cogitare est ratiocinari; ratiocinari vero non possumus nisi per verba, eaque vel in mente retenta, vel ore prolati. Ut multa paucis contraham: ratio absque sermone non est, sermonis extra societatem nullus usus, nec ratio citra societatem se exercitat. Igitur cum hominem rationalem dicimus, idem est, ac si dicamus *socialem*: *socialitas* vero est inclinatio communis, toti humano generi à DEO indita, vi cuius desiderat vitam cum aliis hominibus beatam & tranquillam. Cur vero tranquillam? quia in statu turbulentio qua tali non ratiocinamur. A posteriori sententiam nostram probamus, quoniam homo citra societatem non potest esse beatus &c. Manet igitur inconcussum, naturam hominis rationalem eandem esse ac *socialem*, & consequenter per convenientiam cum natura rationali, intelligi convenientiam cum socialitate hominis. Ita *Tbomasius*: qui tamen ut ut existimet se per hanc demonstrandri formulam veritatis apicem tetigisse (paucos, ut equidem opinamur, in suam sententiam pertrahet, ni validiora argumenta accesserint.

Minus sunt efficacia. Minus sunt efficacia. Quis enim homini sanæ mentis, ut veritates apodicticas, obtrudere audeat has aut similes propositiones: *Ratiocinari non possumus, nisi per verba*: *Ratio absque sermone non est*: *Ratio citra societatem se non exerit*? Hinc non immerito Clar. P. Schwarz (r) subjungit: *Hacne connexio conclusionum tam evidens, ut fere palpari possit?* (prout putat *Tbomasius* (s) *An non de periphrasi hac querendum, quod veritas latent in pateo?*

Observationes Clar. (r) *An non obscurum exponitur per aequa obscurum?* (u) Verum His diutius immorari non vacat, dum ad reliquas socialistarum P. Schwarz rationes properamus. Igitur

137. „ Arguant I. Videmus *Misantropos* * illos, ac à „ naturæ consuetudine, in obscura quasi ferarum latibula se „ sub-

Pufendorfius. Itaque cum Deus populum judaicum veller ad regnum Christi preparare, omnes leges huic fini attemperavit, non genio populi judaici, ut visum est Spenzero, & Masthamo.

(r) Jun. publ. univers. p. 1. f. m. 652. (s) Instit. jurisp. div. cit. c. 4. n. 6. (t) Vid. cit. cap. 4. n. 8. (u) & n. 15.

* Per hos intelligimus hic cum Cicerone *opere* hominum sive societatis humanæ. Illust. *Tbomasius Misanthropos* vocat illos, qui actiones omnes

„ subducentes , ferinis petius quam humanis moribus esse , ut
 „ adeo aliorum , qui humanitate imbutum pectus circumferunt , Aliud ar-
 „ naturæ imo ipsius sententia , damnari consueverint ; quia gumentum
 „ neque illi ipsi penitus aliorum commercio (ita natura nun-pro sociali-
 „ quam sui penitus Obliviscitur) carere posse videntur : enim-
 „ vero prorepunt aliquando , & naturæ communis necessita-
 „ tem confessi , se etiam nolentibus insinuant , illorūmque so-
 „ cietatem , quam antea à se damnatam jam sponte ambiunt ,
 „ tetrica vultus sui obscuritate turbant , ac alienis suis , à com-
 „ muni humanæ naturæ instituto , moribus , aliorum aspectuum
 „ horrore percellunt . Sic ergo neque in hominum numero ,
 „ qui non in eorum societate censemur . „ Ita consueto sibi
 venusto stylo argumentum hoc proponit Clar. P. Thomas. (w)

137. Arguunt II. Socialitatem habere requisita sufficientia ad principium juris naturæ ; constat enim *Ind* , quod per eam habeamus non solum principium *verum* , sed etiam (2. dò) principium *evidens* ; cum in sensu incurrat : quoties enim de quacunque actione quæstio movetur , an sit *juxta - vel contra* *Rufus*
ius naturale , toties ea facillime resolvi potest , si , attentis non-
nullis exemplis , appareat , hujusmodi actionem ad conservandam *aliud pe-*
socialitatem aptam aut ineptam esse ; si prius : censi debet *titum a re-*
naturali lege præcepta : si posterius : eodem jure prohibitam *quisitis ad*
esse judicandum est. Sic si quæras , cur *bomicidium* , *furtum* , *principium rapina &c.* sint contra *ius naturæ* ? evidens responderi ratio *J. N. in*
est , *quia socialitati repugnant* ; eo quod nempe tranquillitatem *socialitate*
communem perturbent. Similiter si quæras , cur *pactorum repertis*.
custodia naturæ legibus sit præcepta ? in promptu & evidenter
responderi potest , *quia pactorum custodia socialitatem conservat* ,
dum econtra illorum non observatio , *communem pariter tran-*
quillitatem perturbat. Est præterea (3. tiò) *socialitas princi*. *Officia*
pium sufficiens & ad aquatum ; quamvis enim *directe sola officia erga Deum*
hominis in hominem complecti videatur , *officia tamen erga Et/ce ipsum*
DEum & se ipsum indirecte saltem & à posteriori exinde post-indirecte
sunt inferri. *ex sociali-*

138. Qua ratione porro *indirecta* hæc illatio fieri debeat , tate dicunt
 explicare nititur *Pufendorfius* (x) & quidem officia erga Deum *inferri* ;

N

eatenus

omnes humani generis taxant , de quibus similiter ait : *iphi Mijambro-*
pi , *si extra societas constitutui forent* , *essent miseri nihil quippe depre-*
benderent , *in quo odium suum excolere possent*.

(w) *Dissert. IV. §. VI. n. IX.* (x) *De offic. H. & Civis loc. cit. §. 13.*

citenum ex socialitate deducenda esse ait, quatenus ultimum firmamentum officiis erga alios homines à Religione & metu Numinis accedit, sic, ut socialis quoque non esset homo, nisi Religione foret imbutus. Et quia sola ratio in Religione ulterius progredi nequit, quam quousque illa inservit promovendæ tranquillitati & socialitati hujus vitæ &c. Officin autem hominis erga se ipsum (ita pergit ille) ex Religione & socialitate conjunctim promanant. Ideo enim quadam non pro absoluto suo libertu homo circa se ipsum disponere potest, partim ut cultor idoneus divini Numinis, partim ut commodum & utile membrum societatis humanae esse queat. Ita Pufendorfius.

Cujus tam
men doctri-
na variis
argumen-
tis impug-
natur.

Et ostendi-
tur etiam
officia erga
Deum &
nos ipsos
ex recta
ratione per-
spici posse.

139. Ubi continere nos haud possimus, quin hanc ejus explicationem in continent paucis perstringamus. Et quidem I. Si Religio & metus Numinis est ultimum firmamentum officiorum erga alios homines, bene infert supra laudatus Titius: (y) ergo à Pufendorfio Religio socialitati subordinatur, & illius usus saltem secundarius admittitur; quorum primum ab homine Christiano necessario rejicitur; alterum vero contrariatur Pufendorfii principiis, quibus intendit, in docendo jure naturæ à Religione prorsus abstrahere, ait enim (z) se viam in tradendo illo jure elegisse pro omnibus hominibus, quamcunque demum circa divina persuasionem haberent, consequenter etiam pro Atheis, qui utique nullam Religionem profitentur. II. Falsum est, quod sola ratio in Religione progredi ulterius non possit, quam quousque illa inservit tranquillitati & socialitati hujus vitæ; constat enim, finem à natura intentum esse felicitatem adæquatam, quæ primario & substantialiter consistit in cognitione & amore Creatoris, naturæ proportionato, tam hujus, quam alterius vitæ; et si secundario & integraliter quoque in felicitate hujus vitæ tam interna quam externa consistat. Unde necessitas officiorum erga Deum & nos ipsos non minus ex recta ratione perspici possunt, quam erga alios. Imo dantur officia erga nosmetipsos sine respectu ad societatem, ac in ipsa societate; quando nimis officia erga alios & nos ipsos colliduntur; tunc enim ordinata Charitas recte incipit à nobis ipsis juxta mentem Apostoli (a) dicentis: Non enim ut aliis sit remissio,

(y) Observ. 89. in cit. §. 13.

(a) 2. ad Corinth. 8. v. 13.

(z) In prefat. ad libb. de J. N. & G.

mifio, vobis autem tribulatio, sed ex aequalitate. Sic panis fru-
stulum nemo alteri dare obstringitur, si ipsi fame alias pere-
undum esset; unde etiam *Seneca* (*b*) ait: *succurrat perituro,*
sed ut ipse non peream. III. Si permitteretur etiam rationem *Quamvis*
in cognoscenda Religione, extra sphæram hujus vitæ non pro- *permitte-*
gredi, falsum tamen esset, quod eandem Religionem non ali- *retur enim,*
ter cognosceret, quam præcise ut vinculum vitæ socialis; nam in cognos-
*(ut optime discurret sæpe laudatus *Titius* (*c*) *Ratio fibi relicta cenda Reli-**certissime intelligit, quod Religio primario sit propter Deum, gione, bu-*
secundario vero vita socialis conglutum. Cùm igitur ex sociali- *jus vita*
*tate Religio quondam primarium usum demonstrari nequeat, vicio- *spharam**fa censeri debet (Pufendorfii) demonstratio.* IV. Idem Author non egredi.
*(d) Pufendorfum sibi minus constantem esse ostendit, dum (*e*)*
*ait, officia hominis erga seipsum ex religione & socialitate con- *Pufendor-**junctim promanare; dum enim hoc afferit, ipsem fatetur, fuis fibi*
socialitatem se sola insufficientem esse pro unico fundamento, contradic-
tu principio juris naturæ, cujus tamen contrarium, ut supra cit.
vidimus, tanto nisu propugnat. Verum de his plura dicendi
occasione sequens §. dabit, ubi mens nostra circa totam qua-
*tionem presentem penitus elucescet.****

§. XIV.

Quid de Socialitate in ordine ad Principium
Juris Naturæ sentiendum?

140. **R**ationes eorum, qui socialitatem pro unico principio & fundamento juris naturæ ponunt, in præcedentibus non solum fideliter, sed adeo subin illustratas retulimus, ut nihil forsitan ab iis pro sua sententia dictum sit, aut etiam dici potuerit efficacius, quod à nobis ingenue non sit expressum aut explicatum. Unde non mirum, quod opinio illa *Introductio ad/en-*
primo intuitu augusta specie conspiciendam se præbeat, illos que captivet, qui eminus eam conspicentes, nimium colori credunt; cùm aliorum econtra, qui proprius eam contemplati fuerunt, animos haud rapuerit; hi enim fucum in ea se detestantiam negati-
vam.

N 2

(b) II. de Benef. c. 15.
(d) Observat. 91.

(c) Observ. 90. in Pufend. de off. H. & C.
(e) De off. Hom. & Civ. Lib. I. c. 3. §. 13.

xisse affirmant, quo absterio, nil amplius prope alliciens remanere autumant, præter ingentem multitudinem ex, nescio quibus præjudiciis, pro illa pugnantium. Nos quod attiner, qui utramque sententiam ad lydium lapidem non tantum Catholice Religionis, sed etiam rectæ rationis, possibili quavis attentione examinavimus, affirmantium partes tueri nullatenus posse, sed negantibus adhærere compelli, non minus gravissimæ rationes mox producendæ, quam contrariorum dein subsecutæ solutiones edocebunt. Sit igitur

Ratio prima, quia sententia affirmans socialitatem esse principium & unicum fundamentum legis naturæ, mera hypothesi fulciatur, qua supponit humanum genus, aut libera elecione, vel saltem Dei sic ordinantis voluntate (non enim absoluta necessitas id exigebat) in socialitatem coaluisse, ac tunc demum naturæ legibus obstrictum fuisse, & consequenter ea societate non inita nullam naturæ legem exituram. Ponamus enim, aut unicum tantum hominem existere, aut plures quidem, sed non minus loco, quam vivendi ratione, imo prorsus omni notitia à se invicem disjunctos : hi sane ad nullam legem naturæ tenerentur, quia extra societatem constituti. Quis ergo, si Adamus v. g. in statu solitudinis à Deo conservatus esset, anne penitus exlex fuisset? anne licite Conditorem suum blasphemasset, se ipsum occidisset, aut alia crimina, extra societatem committi solita, vel cogitatu, vel opere perpetrasset? Id sane afferere paradoxum & impium foret (prout ipse wet illustris Pufendorfius (f) agnoscit, ac late probat, bonis naturæ non congruere, ut vivat exlex) & tamen videtur omnino sequi, si fundamentum juris naturalis unicum in socialitate reponatur; Adamus enim in eo statu contra Bonum societatis peccare non potuisset; ergo non potuisset peccare contra legem naturæ, consequenter in illa hypothesi, memorata juret.

141. Ratio I. quod sententia affirmans socialitatem esse principium & unicum fundamentum legis naturæ, mera hypothesi fulciatur, qua supponit humanum genus, aut libera elecione, vel saltem Dei sic ordinantis voluntate (non enim absoluta necessitas id exigebat) in socialitatem coaluisse, ac tunc demum naturæ legibus obstrictum fuisse, & consequenter ea societate non inita nullam naturæ legem exituram. Ponamus enim, aut unicum tantum hominem existere, aut plures quidem, sed non minus loco, quam vivendi ratione, imo prorsus omni notitia à se invicem disjunctos : hi sane ad nullam legem naturæ tenerentur, quia extra societatem constituti. Quis ergo, si Adamus v. g. in statu solitudinis à Deo conservatus esset, anne penitus exlex fuisset? anne licite Conditorem suum blasphemasset, se ipsum occidisset, aut alia crimina, extra societatem committi solita, vel cogitatu, vel opere perpetrasset? Id sane afferere paradoxum & impium foret (prout ipse wet illustris Pufendorfius (f) agnoscit, ac late probat, bonis naturæ non congruere, ut vivat exlex) & tamen videtur omnino sequi, si fundamentum juris naturalis unicum in socialitate reponatur; Adamus enim in eo statu contra Bonum societatis peccare non potuisset; ergo non potuisset peccare contra legem naturæ, consequenter in illa hypothesi, memorata juret.

142. Ad hoc respondent socialistæ, hoc argumento se non premi; quamvis enim, inquiunt, vel sponte, vel necessario quis extra societatem omnem viveret, non tamen propterea societatis legibus solitus esset, sed iis continuo teneretur, non qui-

(f) De J. N. & G. Lib. II. Cap. I.

quidem in & pro eo statu, sive, ut scholastici loquuntur, *in Socialista actu secundo*, sed pro illo tempore, quo cœtui hominum jun- rum ad gendus esset, sive *in actu primo*. Deinde: nunquid ejusmodi primum solitarius actiones quasdam ponere valeret, quæ, licet non *bic argumen-* & *nunc*, per se tamen humanæ societatis bono refragarentur; *tum no-* *vel si quid simile per actum externum machinari non posset, strum re-* *mentem tamen ejusmodi perniciosis consiliis occupare valeret, sponso.* *quod ipsum jam malum est, & societati adversum.*

143. Verum his nondum satisfit argumento nostro; ulte- *Quia ta-* *rius enim sic instamus: Si hujusmodi solitarius non tenetur le-* *men efficacibus naturæ in actu secundo*, pro statu solitudinis suæ, sed so- *citer im-* *lum in actu primo*, pro statu futuræ conjunctionis cum aliis, *pugnatur*; *tunc saltem verum manet*, quod pro ipso statu solitudinis non possit actum externum ullum exercere contra jus naturæ; quia nullus est assignabilis, quem pro eo statu, quo solus agit, contra Bonum societatis committere posset, quod autem actus merè internos attinet, in quibus ejusmodi solitarius conques- *ceret sine omni intentione ad opus exterum transeundi*, nec illi societatis bono officerent; cum nulla ratione tranquillita- *tem hominum laderent*, & consequenter juri naturæ non re-fragarentur. Imo hoc ipsum difficultatem adversæ sententiae magis adauget, quod admittere cogatur aliquid tum christianæ fidei, tum rationis dictamini repugnans; per actus scilicet in- *Oxinalide* ternos, dum sine omni respectu ad externos exercentur, con- *actus mere* tra jus naturæ peccari haud posse; quia, dum nulla ratione *interni non* societatis bono contrariantur, legi naturæ juxta principium par- *effent objec-* *tos adversæ*, penitus non subjacent; imò licet etiam in actus *& tum juris* externos prorumperent, non nisi per accidens, & ex hypothe- *natura*, si, supposita nempe libera hominum aut saltem Dei genus hu- *manum in societatem ordinantis voluntate*, precepti aut pro- *hibiti esse censendi forent*, & sic vel ad solitarie viventes om- *nino non pertinerent*, vel saltem illos haud efficaciter obliga- *rent*. Quod si putes interna, tanquam Ethice propria, ad jus *Solvitur* naturæ trahi non debere, sponte fateris, socialitatis princi- *aliam instan-* *tiump quoad præcipuam juris naturæ partem*, nimisrum quoad *tia*. *interna*, mancum, inutile, ac defectuosum esse.

144. Ast, inquires ulterius, argumentum desumptum ab hypo- *thesi solitarii non est ad rem*; vel enim sermo est de uno, aut

N 3 pluri-

*Rursus
alia obje-
ctio contra
nostrum
argumen-
tum.*

pluribus hominibus per ipsum Creatorem suum pro omni tempore à se invicem disjunctis? vel sermo est de illis, qui sponte vitam solitariam eligunt? si primum: tunc respectu hominis aut hominum illorum utique *Socialitas* non esset principium juris naturæ, cùm nullam omnino ad societatem inclinationem haberent; hoc autem nihil officit asserto socialistarum, quod solum de providentia moderna intelligendum est. Si vero secundum: tunc ejusmodi homines ipso facto contra jus naturæ peccant, quia bono societatis adversantur, dum, contra dictamen rationis solitarios illos recessus querentes, societatem illam magnam & universalem, ex tot membris, quot hominibus, in unum quoddam corpus morale conjunctam, mutilant; haud secus ac illi naturæ leges infringunt, qui proprium vel alienum corpus membro aliquo privant.

*Ad quam
denuo re-
spondetur.*

145. Ad hanc instantiam respondemus, argumentum nostrum procedere de utroque casu, sive enim (in primo casu) ejusmodi solitarii appetitum ad societatem haberent, sive non; semper tamen verum manet I. quod solum per accidens, & neutiquam exigente necessitate homines in societate vivant; ergo etiam in sententia adversa per accidens esset, eos naturæ legibus constringi, & consequenter verum manet, (II.) quod, si principium unicum & fundamentale juris naturæ *Socialitas* esset, omnes extra societatem positi actu exleges forent. Secundum casum quod attinet, quo nimirum spontanea solitudo eligitur, tam facile negatur, quam perperam assertitur, per ejusmodi sejunctionem ab humano consortio contra jus naturæ peccari; alioquin enim non sine insigni impietate reprehenduntur innumeri plissimi Anachoretæ, qui altioris & perfectioris vitae studio, ipsius Dei-Hominis & Præcursoris ejus exempla secuti, in sylvis ac spelæis abditis, soli Creatori suo vivere in deliciis habuerunt, ipso facto comprobantes, solitarios ejusmodi recessus neutiquam hominibus miserrimam vivendi conditionem inducere, propt nonnemo (g) cui spirituales ejusmodi deliciae procul dubio fuerant incognitæ, sine ratione scribere non erupuit, nec attendit I. vitam solitariam ipsum SALVATOREM, imo, jam in antiquo testamento *Eliam* Institutorem ac Sectatorem habuisse, & (II.) ab ipsa S. scriptura commendari, juxta

*Institutör
vita soli-
tarria ipse
Christus
& sanctus
Iohannes
Baptista.*

*Et in anti-
quo testa-
mento
Elias.*

(g) Gaiusius conclus. polig. Decad. 1. Thes. 2.

juxta illud (*b*) *ducam eam in solitudinem: & loquar ad cor ejus. eam com-*
Quod si vero nimis religiose haec à nobis dici putas, Philoso- mendat S.
*phum etiam Ethnicum, Senecam nempe, producimus, (*i*) scriptura.*
qui pro more suo de hac re pulcherrime differens, Lucilium sic Imo & pbi-
alloquitur: „ Quid tibi vitandum præcipue existimes, quæris? losophi etb-
„ turbam. Nondum enim te tutò committis. Ego vero con-
„ nici. siveor imbecillitatem meam. Nunquam mores quos extuli
„ refiero. Aliiquid ex eo, quod compolui, turbatur: aliiquid
„ ex his, quæ fugavi, redit. Quod ægris evenit, quos longa
„ imbecillitas usque eo afficit, ut nunquam sine offensa profe-
„ rantur, hoc accidit nobis, quorum animi ex longo malo re-
„ ficiuntur. Inimica est multorum conversatio. Nemo non
„ aliquod vobis vitium aut commendat, aut imprimit, aut
„ nelscientibus allinit. - - - subducendus est populo tener ani-
„ mus, & parum tenax recti: facile transitur ad plures. „
Ita Seneca, cujus doctrinam philosophorum eo antiquiorum
*praxis jam dudum præcessit, prout testatur Cicero (*k*) sic*
præclare scribens: Multi autem & sunt, & fuerunt, qui tran-
quillitatem expetentes, à negotiis publicis se removerint, ad
otiumque perfugerint. In his & nobilissimi philosophi longeque
Principes, & quidam homines se veri, & graves nec populi
nec Principum mores ferre potuerunt, vixeruntque nonnulli in
agris, delectati re sua familiari.

146. Quod porro concernit paritatem, quam adversarii Responde-
inter solitarios sponte tales, & inter mutilantes corpus huma- tur ad pa-
num, instituunt, ea non est ad rem; licet enim jure naturæ ritatem in-
singulis prohibita sit mutilatio tam proprii quam alieni corporis; ter sponte
non tamen singulis præcepta est vita socialis, sed sufficit, si solitarios
major pars hominum eam eligat; prout etiam nemini in indi- & muti-
viduo cælibatus Interdictus est, quamvis naturæ lege propaga- lantes cor-
tio generis humani per Maris & foemine conjugationem fiat. *pus.*
Deinde falsum est, quod occisio vel mutilatio præcise propterea
sit illicita, quia per ejusmodi factum Respublica membro priva-
tur, sed ex ea potissimum ratione, quia haec perpetrantes jus
Authoris naturæ, qui solus vita necisque Dominus est, injuste
usurpant.

(h) Offee. 2. v. 14.

(k) Lib. I. de off. c. 21.

(i) In Epist. 5.

Notabile dictum Aristotelis. usurpant. * Prout etiam blasphemia non ideo solum juri naturae refragatur, quod Deo societatis Conditori injuriam inferat, sed vel maxime, quia divinæ sanctitati summe repugnat. Quapropter non immerito socialistis ruborem ingerit Aristoteles (*1*) solo lumine rationis edocitus ita scribens: *est quoddam quod proficitur omnes natura communi justum, & injustum, etiam si nulla societas invicem sit, nullave pactio.*

Quid si omnes vivant solitariam sociali præferrent, & in eremum contum solitariam eligerent? 147. Quid autem (sic enim ulterius instant) si omnes homines vitam solitariam sociali præferrent, & in eremum contum solitariam eligerent? An non hac via naturæ intentum, quoad socialitatem omnino frustraretur? Ad hoc respondemus I. vicissim querendo, an non, si omnes cælibatum præ statu conjugali eligerent, naturæ intentum quoad propagationem generis humani frustraretur? Certe non minus societatem conjugalem in ordine ad effectum prædictum, quam societas quascunque alias natura intendit, & tamen fatentibus etiam adversariis, non singulos homines ad conjugium obligat; cur ergo singulos obliget ad vivendum socialiter in ordine ad alios effectus? Respondemus II. quamvis cuilibet liberum sit aut vitam socialem aut solitariam amplecti; ita ut ad neutrum vivendi genus natura nos obliget, ad prius tamen appetitum & impulsum nobis indidit, qui solum eo spectat, ut si quis vita sociali tanquam sibi magis congruenti sponte se addixerit, socialitatis quoque legibus se conformare teneatur. De cætero non timendum est, ab omnibus hujuscemodi solitarios recessus vita sociali præferendos fore; uniusquidem hæc, alii altera vita ratio magis congruit, ut bene observat Clar. P. Thomas. (*2*) ita scribens: „Si omnes in eremum commigrarent, civitatem, tumultumque populi non tam desererent, quam secum transferrent, vel certe alium similem invenirent: Nec etiam universi orbis spatium tot cellulis sufficeret, si singuli solitariam, atque ab aliorum consortio sat aptis locorum spatiis remotam vitam cogitarent. „

Respondeatur imo per quæst. Respondetur secundo directe. 148. Altera

* Præclare Cicero in persona Scipionis in *Somnio* ait: *Iibi & piis omnibus retinendus est animus in custodia corporis, nec injussu ejus, à quo ille nobis est datus, ex hominum vita migrandum est, ne manus à Deo affig- natum defugisse videamus.* Apud Clar. P. Thomas *Dissert. IV. §. VI. n. 15.*

(*1*) *Rhetor. c. 13.*

(*2*) *Loc. cit. num. XV.*

148. Altera ratio contra socialitatem est, quod non sit *Altera ratio, quod principium adaequantum*; non enim apta est ad eruenda exinde officia hominis erga *DEUM*, & *seipsum*, quæ tamen, ut supra (*n*) ex parte jam ostendimus, non minus ex recta ratione perspici possunt, quam officia erga alios; priusquam enim homo *socialitatis principium* legibus teneri intelligatur, obligatione quadam erga *DEum*, tanquam naturæ Principium & Finem ultimum obstrinatur; nam juxta effatum Salvatoris (*o*) dilectio *DEI* est *maximum & primum mandatum*: secundum autem simile huic: *diliges proximum tuum sicut te ipsum*; ex quibus verbis elucescit, dilectionem *DEI*, ad quam naturæ lex impellit, præcedere dilectionem proximi, qui propter *DEUM* diligendus est; ita ut *DEUS* sit objectum *primarium*, *proximus* vero sive socius objectum *secundarium* constitutus; immo nec immediate dilectionem *DEI* subsequitur dilectio proximi, sed & hanc præcedit dilectio sui ipsius; dum enim Christus alterum præceptum simile primo indicat, ait: *Diliges proximum tuum sicut te ipsum*, id est, *in dilectione proximi respicies ad dilectionem tui, sicut dilectio ad exemplar & mensuram*, quæ utique priora esse intelliguntur. *Nem proxi- Ordo proin officiorum ex jure naturæ primo respicit DEUM, mi præ- secundo se ipsum, ac tertio demum proximum, sive socium.* *dit dilectio Quemadmodum ergo prius est esse bonum Civem, quam bonum sui ipsius. Consulem, ita prius est esse bonum hominem, quam bonum ci- vem, sive socium.* Patet proin socialitatem non esse principium *adaequatum* totius juris naturæ, sed in ea non nisi particulam ejusdem juris reperiri, solum ea respicientem, quæ bo- num vel malum dictæ socialitatis concernunt: immo nec omnia officia hominis in socios complectitur, eoquod, juxta ipsum *Pufendorfum*, pro fine habeat felicitatem tantum *externam*, *cia erga & consequenter merè integralem, partiale, minus principalem, atque hujus vitæ terminis conclusam.* Unde miramur, *erui pos- quid impulerit Clar. D. D. Staph. (p) ut ita scriberet: Sociali- tatis principium sufficere videtur ad colligenda ea officia, quæ hominibus ega alios incumbunt &c.*

149. Ait interpellantem audio *Pufendorfum* (*q*) dum ita scribit: „Quamquam primario & directe ea præcepta legis

O

„naturalis

(n) Num. 138.

(o) Matth. cap. 22. v. 38. & 39.

(p) In Jure N. & G. p. 1. c. 1. n. 4.

(q) De Off. H. & civit. Lib. 1. c. 3. §. 13.

„ naturalis , quæ ad alios homines spectant , ex socialitate ,
 „ quam fundamenti loco substravimus , deriventur ; tamen
 „ etiam *indirecte* officia hominis erga DEUM , tanquam Crea-
 „ torem inde deduci possunt . „ *Et post alia :* „ Officia au-
 „ tem hominis erga seipsum ex religione & socialitate conjun-
Dua in- „ Etim promanant , „ Ita Pufendorfius . Alio modo vim argu-
stantia Pu- menti nostri retundere conatur Thomasius (r) ita discurrens :
fendorfii „ plures putant ex principio nostro (socialitatis) deduci posse
& Thoma- „ officia hominis erga alios homines . non autem officia *bominis*
fi. „ erga DEUM , & erga seipsum . De officiis erga DEUM fa-
 „ cile concedemus , quatenus per ea intelligitur cultus DEI
 „ externus . Hic enim - - - ad Theologiam pertinet , non
 „ ad jus naturale : officia vero *bominis erga se* , proprie lo-
 „ quendo non dantur . Nam nemo sibi obligatus esse potest ,
 „ ergo nec sibi metici debere officium . „ Ita Thomasius .

Responso 150. Verum utriusque instantia argumenti superius positi
ad l. ex vim haud infringit ; & quidem *Pufendorfium* , quod attinet ,
Wernbero. recte *Wernberus* (s) respondet inquiens : „ Altera difficultas
 „ principii Pufendorfiani est , quod omnium , qui pro hac hy-
 „ pothesi pugnant , confessione , officiorum erga DEum necessitas ,
 „ non nisi indirecte , ex eo fluat : Atqui fundamentum , quod uni-
 „ versæ morum disciplinæ substernendum est , ita perspicuum
 „ esse debet , ut quivis sanæ mentis directe omnia officia ex eo

Alta re- „ liquido cognoscere possit . „ Hucusque *Wernberus* . Quod
sponsio re- autem *Pufendorfius* velit officia hominis erga se ipsum solùm ex
misiiva. religione & socialitate conjunctim (utique indirecte) promana-
 re , ad hoc jam supra (t) responsum est , & ostensum ; non
 minus officia erga nos ipsos , quam erga DEUM & alios homines
 ex recta ratione perspici posse , in quantum ad hæc jure naturali
 adstringimur ; ubi etiam advertimus dari officia erga nosmetip-
 pos , sine ullo respectu ad societatem , immo in ipsa societate ,
 quando nimirum officia erga nos & alios colliduntur .

151. *Thomasi* effugium quod concernit , eadem est re-
 sponsio quoad officia hominis erga DEUM , quam numero priori
 dedimus ; scilicet ea non minus ex recta ratione perspici posse ,
 quam

(r) In instit. jurispr. Divin. lib. I. c. 4. n. 73. 74. & 76.

(s) In Elem. J. N. c. 5. §. 14. (t) Num. 138.

quam officia erga socios. Ad id vero quod addit: nimirum *Repetitio officia hominis erga se propriæ loquendo non dari*; eo quod nemo ad instanti obligatus esse possit, ad id, inquam, respondemus, advertentiam Thodo, obligationem justitiae in sensu rigoroso sumptæ, tantum inter masi. personas physice & moraliter distinctas intercedere; cum enim Respondejustitia rigorosa dicatur virtus ad alterum, oportet adesse duas tur ad alteras personas, tam realiter, quam quoad censuram juris, inter se ram pardistinctas, quarum una sustineat vicem creditoris, altera vicem debitoris. Si proin obligatio ad officia erga se ipsum in hoc tia Tho-sensu, id est, *justitia rigorosa*, sumatur, ultro fatemur, eam masianæ. erga seipsum proprie non dari: quod si vero jus naturale Et. decla-(prout hic contingit) sumatur pro jure legali, id est, tam pro ratur of-facultate, & jure activo, ex permisso legislatoris, quam pro officia homi-obligatione & jure passivo, quod ex lege exortum est, agendi nis erga se aliquid vel omittendi, vel pro ipsa lege, qua similis obligatio ipsum esse imponitur: tunc facile intelligi potest, qualiter officia hominis proprie ta-erga se sint proprie talia; descendunt enim ex jure quodam lia. legali, non ab ipso homine (ut superiore) in se ipsum (tan-quam subditum) sed ab alio (legislatore) lato, vi cuius homo ad certos actus (v. g. conservationem sui &c.) circa se ipsum ponendos, ad alios autem (v. g. sui occisionem aut mutilationem) omittendos adstringitur. Verissimum igitur manet, hominem à lege naturali obligari proprie tum ad officia in DEUM, tum in se ipsum, tum in proximum. Cùm ergo So-cialistarum principium solum officia in proximum (& hæc qui-dem non omnia) complectatur, omissis duobus prioribus, & tatem esse principalioribus, ut ostensum est, manifestè sequitur, illud princi-pion adæquatum esse, sed mancum. Ut adeo immerito glorietur pium man-Pufendorfius (u) se tradidisse genuinum, sufficiens, & adæqua-tum principium cognoscendi legem naturæ, & quidem tam li-quido demonstratum, ut nemini cordato amplius super ea re dubium superesse queat.

152. Tertia ratio, qua Socialistæ impugnari possunt, ex eo petitur, quod nonnulla, licet juri naturæ contraria, bono tamen socialitatis non officiant; alia vero, eodem jure prohibita, potius illud promovere videantur. Sic enim i. communis
O 2 ipsisque

(u) In Apolog. §. 23. f. m. 40.

Tertium ipsisque adversariis indubitata sententia est, *incestum*, saltem in primo gradu linea^e alcedentium, jure naturæ vetitum esse, & **tum bipartitum** tamen exempla commonstrant, eum bono socialitatis neutritum quam obfuisse; refert quippe *Eusebius* (w) apud Persas legem *contra socialitatem*. *sibi matrimonio jungendi*; quod ipsum non solum de Persis, sed etiam de Chaldæis à Diogene Laërtio (x) docemar; quin & Solonis quoque lege incestum fuisse permisum, Author est *Plutarchus* (y) & tamen ex his legibus regna nihil detrimenti in societate sua passa leguntur. II. Mulierum communio, adulteria, homicidia, parricidia, furta, sunt itidem jure na-
Cujus pri- turæ interdicta; & tamen apud similes gentes ethnicas olim in
ma pars. usu erant, quin socialitatis bono ullen tenus officerent. Sic idem
variis ex- *Laërtius* (z) testatur, uxorum communionem *Misagetus* in
emplis illu- usu fuisse; quod idem de *Otbiopibus*, *Trogloditis*, *Britannis*
stratur. &c. ex *Herodoto*, *Strabone*, *Plinio*, *Cæsare* &c. constat: imo
Flatoni quoque consilium hoc turpissimum placuisse, ex *La-
dantio*. (a) discimus, eo quod humanæ societati proficuum id
esse censeret; ajebat enim: *sic civitas concors erit, & mutui
amoris constricta vinculis, si omnes omnium fuerint & mariti,
& patres, & uxores, & liberi*. Sic III. in *Parthia*, & *Ar-
menia*, testante *Eusebio* (b) qui uxorem, aut filium, aut fi-
liam, aut calibem fratrem aut innuptam sororem interficerit,
ne accusatur quidem; *lege namque ita sancitum est*. Sic etiam
Romanis jus vitæ & necis, non tantum in servos, sed & in
liberos permisum erat; nam in servitutem redacti non pro
personis * sed pro rebus habebantur; unde in jure rebus *man-
cipi* ** accensebantur. Quod idem de filiis familias constitu-
tuim erat, quorum conditio, ut præter alios fatetur *Ladan-
tius*

(w) De præpar. Evang. Lib. VI. c. 8.

(x) In pyrrhone, & in proem. ex *satione*.

(y) In ejus vita. (z) In pyrrhone.

(a) Instit. Divin. Lib. III. Cap. 21.

(b) Loc. cit.

Hinc *juvenalis* Sat. VI. v. 22. ad mores Romanorum alludens scribit: O demens, ita servus Homo est? & *Florus Histor.* Lib. III. C. 20. servos nominare non dubitat *secundum genus Homi-
num*.** Res, quæ in privatorum dominio apud Romanos erant, vel *Mancipi*, vel nec *Mancipi*-dicabantur prioris generis erant, quæ certo ritu inter

*tius (c) non multo tolerabilius erat, quam ipsorummet ser- Filiis fam. vorum, nam & ipsi in dominio juris Quiritium computaban- Romano- tur, ita ut vindicari potuerint, (d) & iis surreptis actio fur- rum erant ti competitierit. (e) Dein patri jus vitæ & necis, ut supra in dominio diuum, in eos, haud secus ac in servos, concessum erat, ita juris Qui- ut liceret ei filium, tanquam rem suam non solum exponere * rit. in carcerem detrudere, flagris cœdere, vindictum ablegare ad operas rusticas, sed & quovis supplicio, si meruisset, necare (f) ***

153. Alterum (quod scilicet nonnulla societati humanæ videantur esse utilia, quamquam naturæ legibus adversentur) variis itidem exemplis probari potest; sic enim I. Spartani, qui (ut refert *justinus (g) ****) cum jurejurando se obstrin- O 3 xissent,

inter solos cives Romanos ita vendi poterant, ut emptor manu eas caperet, unde & ipse *Manceps*, & res ita emptæ *Mancipi* vel *Mancipi* appellabantur, & vendor earum evictionem præstabat. Res nec *Mancipi* vocabantur, quæ non poterant eo ritu alienari: Unde & periculum rei penes emptorem erat. Fundamentum hujus distinctionis fuisse videtur rerum pretium; res enim pretiosissimæ apud antiques censebantur fundi, servi, pecudes, & propterea sine spe-~~non~~ fnon ciali sollicitudine, & solemnitate alienanda. Conser. *Heineccius* in Syntag. Antiq. Rom. Lib. II. Tit. 1. à n. 14. Van Bynkersh. de rebus mancipi & nec mancipi p. 109 item: de jure occid Lib. I. p. 145.

* Ejusmodi expositiones liberorum sub Imperatoribus adhuc valde frequentes erant, &c, teste *Gerardo Noodio* (in eruditissimo commentario, quem *julium Paullum* inscripsit ea truculentia usque ad tempora Valentiniani, Valentis, & Gratiani duravit, à quibus demum inhibita fuit. Vid. L. 2. Cod. de infant. expos.

** Non defunt exempla; hunc enim in modum à patribus necati sunt *Cassius*, & *Scareus* (apud Valer. Maxim. Lib. V. C. 8.) item: *Fabii Eburni* filius (apud Quintil. declam. III.) *Fulvius* (apud Salust. de Bello catil. XXXIX.) *Titius* vero ARIUS eodem jure filium exilii damnavit. Seneca de clement. I. 15 plura de his videantur in Syntag. Antiq. Rom. *Heineccii* ad Tit. 8. & seqq. Lib. I. Instit.

(c) Loc. cit. Lib. IV. c. 3. (d) L. 1. §. 2. ff. de Rei vind.

(e) L. 14. §. 13. ff. de furtis.

(f) Dyonisius Halicarnass. Lib. II. p. m. 96. & seqq.

(g) Hist. Lib. III.

*** Historiographus ethnicus, qui probabilius tempore Antonini Pii se- culo 2. floruit, & historiam *Trogi Pompeii* in epitomen rediguit, quam

Probatur exsistent, non revertendi ad propria, nisi *Messeniorum civitate secunda expugnata, obsidio vero jam integro decennio duraret, veriti pars argu-* ne bac per everantia belli, gravius sibi, quam Messeniis, nocte mēnti ju- rent, quippe illis, quantum juventutis in bello interciderat, perius po- mulierum facunditate suppleri: sibi & bella assidua, & facun- siti.

sistat, non revertendi ad propria, nisi Messeniorum civitate secunda expugnata, obsidio vero jam integro decennio duraret, veriti pars argu- ne bac per everantia belli, gravius sibi, quam Messeniis, nocte mēnti ju- rent, quippe illis, quantum juventutis in bello interciderat, mulierum facunditate suppleri: sibi & bella assidua, & facun- siti.

jurando non comprehensos, domum remiserunt, ut promis- cuo concubitu uterentur, maturiores fore conceptionem rati, si eam singula per plures viros experirentur. Hoc nimur tur- pissimo consilio Civitati sue propriæ novum robut addendum credebant; & tamen certissimè contra legem naturæ peccarunt, licet cum ingenti societatis emolumento. II. Proficuum uti-

Per varia que societati foret, occidere tyrannum, aut judicem injustum, itidem ex notorie tales, ac nullius hominis imperium agnoscentes; cùm empla.

hac via Res publica pernitiosissima peste liberaretur, & tamen in vitam neutrius quidquam moliri natura permittit, quippe quæ solius DEi supremi Monarchæ ac judicis potestati subest. III. Nonne mendacium omne per jus naturale tam rigorosè interdictum est, ut nullus sit casus excogitabilis, in quo licitum reputari possit? * & tamen quis inficiabitur, quod in multis occasionibus bono societatis, non modo proficuum, sed & oppidò necessarium esse videatur? Ex quo proin conjectandum est, à natura non unicum socialitatis bonum in suis legibus respici, alioquin enim tunc saltem eas non obligare ne- cessam foret, si manifesta illius necessitas id exigeret, prout in legibus civilibus contingere experitur, quæ, cùm utilitatem Civitatis pro scopo habeant, ea cessante, vel sua sponte resol- vuntur, vel à Principe necessario abrogantur; cùm econtra

Quæ bic, jus naturale, in omni casu, utcunque socialitatis bonum subin numero id exigeret, firnum & immutabile permaneat; manifesto sane quatuor, indicio, quod supremus Legislator altius principium habeat, allegantur. unde leges naturales repetit, & cui socialitas tanquam medium suo fini subserviat. IV. Licet nonnunquam ad avertenda bel-

la, & subsecuturas exinde plurimorum hominum strages om- nino

quam demum *Abrahamus Gronovius* Anno 1719. edidit, eaque editio cœteris accuratior, & nitidior esse censetur.

* Videantur propositiones vigesima sexta, & vigesima septima, ab In- nocentio XI. damnatae.

nino necessarium videatur, ad conservandam stirpem regiam, sterilem repudiare Reginam, & in ejus locum secundam subrogare; cum tamen id sine violatione juris naturae fieri haud possit, Sacrosanctis ejusdem legibus, etiam posthabito ingenti ac tam necessario alioquin Republicae bono, obtemperandum est. Socialitas igitur pro unico principio & fundamento juris hujus statui non potest. Quamvis enim haud abnegemus, omnia ea, quae socialitatis bono plane repugnant, juri etiam naturae (sed non praeceps ideo, ut inferius ostendemus) repugnare: minime tamen asserimus, omne id, quod hic & nunc ad conservandum bonum societatis particularis necessarium videtur, continuo quoque lege naturae preceptum aut permisum esse; sed in iis tantum casibus, in quibus bono naturae rationalis, ut suo loco dicetur, non refragatur.

154. Verum hic subsistere paulisper nos compellunt adversarii, querendo, quomodo cum sententia nostra concordet definitio legis in genere, * in qua dicitur legem praeceps respicere debere bonum communis? cum enim communis sit ipsa *societas* & in hujus bonum (juxta dicta num. prae.) non sit praeceps lata lex naturae; videtur imperceptibile, qualiter, stricte loquendo, participet illa rationem legis. Ad hoc repominus, communis non adeo facile confundendam esse cum *societate*, si paulo accuratius rem consideremus. *Communitas* stricte sumpta denotat plures, qui in aliquo *communi* convenient; & sic omnes homines *qua tales*, cum ad unum finem, Deum nempe, ut *Autorem naturae*, ordinentur, Eum etiam finem ut bonum communis, id est, totius naturae rationalis quatenus in hoc fine coadunatae, respiciunt. *Societas* econtra initur, cum unus homo per actiones suas ad alterum, & hic vicissim ad illum ordinatur, ita, ut *communi* studio, *communi* suo bono invigilent. Hoc ut clarius appareat, bene advertendum est, duplarem esse modum, quo homo ad finem suum ordinari potest; *immediatum* scilicet, ac *mediatum*; priori modo id contingit, si per suos actus directe feratur in Deum; posteriori modo fit, si actus illius in aliud objectum, tanquam finem suum

Celebris
instantia
socialista-
rum solvi-
tur.

Et ostendi-
tur, qua-
ratione in
sententia

* Definitur Lex, in genere à S. Thoma 1. 2. q. 90 2. 4. in ⊙ quod sit ordinatio rectae rationis ad bonum commune ab eo, qui curam communicatis habet, promulgata. Hæc definitio communiter à Theologis & plerisque Juristis est recepta.

*nossa lex
natura
propre
participet
rationem
legis.*

suum immediatum prius incident, & ab hoc demum in DEum tanquam finem ultimum reflectantur; qui ambo modi per solis radios, nunc di ecclē, nunc reflexē objectum suum attingentes, sat perceptibiliter explicari videntur. Ex quo perspicuum fit, quod finis communitatis, qui Deus est, attingi possit immediate, seu absque eo, quod actiones prius ad alterum, nempe proximum, dirigantur; si vero supponamus actiones sociorum qua talium, quod illæ sint ad invicem, iisque bonum sociale intendatur, & procuretur, ita tamen, ut hoc ipsum bonum ad finem demum totius communitatis, id est, omnibus hominibus communem & ultimum, nempe Deum T. O. M. ordinetur. Et hæc sunt præcipuae rationes, à gravissimis Auctoribus principio socialitatis hucusque oppositæ, quæ similiter Richardi Cumberlandi sententiam enervant, qua juris naturæ fundamentum in mutua amicitia & benevolentia constituit; quam ob rem in ea pluribus impugnanda non immoraruntur.

*Ex dictis
enervatur
sententia
Cumber-
landi.*

§. XV.

Respondeatur ad argumenta contraria

§. XII. Insinuata.

*Responde-
tur ad ar-
gumenta
contraria,
ut eorum
pericula
magis de-
tegantur.*

155. **Q**uamquam rationes §. præced. contra sententiam eorum, qui socialitatem pro fundamentali principio juris naturæ statuunt, adductæ, sufficere posse videantur, ad infringenda quæcunque in contrarium allata, & à nobis fidelissime relata; ut tamen asserti nostri veritas è magis eluceat, & scopuli in opinione adversa latentes, eorumque pericula, melius adhuc detegantur, non incongrue nos acturos judicavimus, si ad omnia illa socialistarum argumenta singillatim respondentes, eorum insufficientiam, nostro quidecim judicio, cuivis sanæ mentis, adeo clare ob oculos peneremus, ut de eadem (si præjudiciis quibuscunque sepositis & quum iudicium serte velit) prudenter amplius dubitare haud posse videatur. Itaque

156. Ut ab iis initium ducamus, quæ ex Auctoritate, nominatim *Seneccæ, Plinii, Ciceronis & Marci Antonini Imperatoris Philosophi* petita sunt, horum dicta nil aliud evincunt, quam

quàm homines naturaliter ad societatem quidem inclinari , non autem obligari , prout etiam ex eo , quod homo ab adolescen- *Auctorita-*
tia sua pronus sit ad malum , non sequitur , ad illud perpetran-
dum naturæ legibus adstringi . Quod autem perpetua solitudo probant in-
tristis admodum futura esset , miserrimamque conditionem ad- clinatio-
ferret , eorum solum opinio est , qui solitariæ vitæ delicias nem ad so-
gnorantes , eam ut tædiosam respuunt , cùm econtra tot Ana-
choretæ , ipsiusmet Salvatoris , & Præcursoris ejus vestigia se-
quentes , uno ore affirmarint , & exemplo proprio comprobarint ,
miserias hujus vitæ securius evitari haud posse , quam ab alio-
rum confortio declinaado , hancque (solitariam) vitam solam
^{156.} *in terris esse sinceris voluptatibus , quia Spiritualibus , & Describi-*
non corporis , sed ipsius animæ intimas partes affidentibus , tur solita-
undique affluentem : ceterum autem corporis , quas hæc ria vita
vitæ ratio subiret , molestias ab illis penitus , velut guttulam dulcedo ac
fellis in lacteo quodam mari , absorberi , seque non alibi utilitas .
terram illam fluentem laete & melle (b) quàm in ipsius terræ
cavernis & specubus invenisse : quin , dum has subirent ,
eo ipso animo se ab hominum societate avulsisse , quod hæc
internam illam & supernaturalem , cui omnis externa & na-
turalis subordinatur , animæ perfectionem , potius impedire ,
quam promovere ipsis visa fuerit . (i) Juxta illud : quo-
ties inter homines fui , minor homo redii . (k) Nec obstat re-
sponsio supra (l) data , naturam scilicet ipsam , quæ socialita-
tem instituit , eidem quoque leges constituisse ; plus enim ex eo Solvitur
non sequitur , quam naturam , sicut quibusvis aliis , ita & in aliqua in-
societate viventibus , leges congruas dictasse , minime vero stantia .
quoscumque ad vitam socialem obligasse .

157. Alterum argumentum pro socialistis , & in discursu *Pufendorfii superius (m)* allegato contentum , quatuor in se comple&titur , ex quibus illustris ille vir conclusionem suam pla-
nissime deduci autumat , & quidem I. ex eo , quod homo se *Principale*
ipsum summè amet , siue conservandi studiosissimus sit . II. argumen-
*Quod de se sit summe egenus . III. Quod ad mutua commoda tum *Pu-**
*promovenda sit maxime idoneus , sape tamen (IV.) malitio- *fend. qua-**
*sus , petulans , & ad noxam inferendam promptus , ac validus , *driparti-**
P Verum , tum .

(h) Exod. 13. v. 5.

(i) Clar. P. Thomas loc. cit. n. 14.

(k) De Imit. Christi lib. 1. c. 20.

(l) Num. 132.

(m) Num. 130.

Eiusdem solutio ex propriis Authoris bujus dicitur.

Verum, quam exiguum robur his omnibus insit, per decus sum patebit, ubi præprimis notandum est, quod hic Author jam antea scripsit, (n) nimirum: *in eo plerique conveniunt; jus naturale ex ipsa hominis ratione eruendum, idemque adeo ex istius recte se habentis dictamine profluere.* Rursus: *nobis nulla via propior videtur & magis apposita, ad investigandum jus naturale, quam ipsam hominis naturam, conditionemque, & inclinationes accuratius contemplari &c.* Jam sic: *Illiust. Pufendorf. ex ipsa hominis ratione ac natura (quoad interna utique & externa) accuratius considerata fundamentum juris naturæ eruendum esse, atque à se feliciter inventum esse gloriatur: vel ergo inter inclinationes & aptitudines humanæ naturæ nullam invenit, quæ ad Deum esset, vel invenit quidem, sed studiose tacuit? si prius: tunc certe non accuratius contemplatus est; quia præcipuum, quod ratio dicit, scilicet relationem ad Deum, non vedit, & sic promissis haud stetisse convincitur; cuilibet enim recta ratio dicit, naturæ humanæ inesse aptitudinem & inclinationem ad officia in Deum. Si posterius: tunc dolose omisit id, ex quo præcipua juris naturalis obligatio profluat, scilicet erga DEUM. Qua ratione igitur verificatur, genuinum, sufficiens, & adæquatum principium cognoscendi legem naturæ, ab ipso detectum esse? qua ratione verum est, quod hoc ab ipso tam liquido demonstratum sit, ut nemini corroborato amplius super ea re dubium superesse queat?*

Pufendorfii excusatio.

Non relevat.

158. Ast, inquires, *Pufendorfum* (o) in adstruendo suo fundamento naturæ eò præcipue respexisse, ut officia hominum mutua explicaret. Ab officiis autem in Deum abstraxisse, ne falcam mittere videretur in messem alienam, Theologiam videlicet naturalem, quo illorum tractatio pertinet. Cæterum hic tantum ab eo pertractari principia propria, & veluti huic disciplina domestica (p) verum hæc responsio non relevat ex pluribus capitibus; nam I. ex ea de uno sequitur, contemplationem ejus, non fuisse accuratiorem; quia præcipuum humanæ naturæ, scilicet relationem ad Deum, omisit, à qua tamen nec abstrahi quidem potest. II. *Pufendorfius* hac ratione sibi metipsi

(n) De J. N. & G. Loc. cit. §. 13. & seq.

(p) De J. N. & G. Lib. II. c. III. §. 13.

(o) Vid. sup. num. 134.

metipsi contrarius est, dum alicubi (q) genuinum & ad aquatum principium cognoscendi legem naturae promittit, alibi (r) in eo adstruendo solum ad officia erga alios homines se respectasse confitetur, quæ utique inter se pugnantia esse nemo diffitebitur. Hl. Juxta regulas ab ipso traditas, principia illa pro-
Prout vni-
 pria ac veluti domestica & intranea juris naturæ, sunt inclina-
riis ratio-
 tiones & natura & conditio hominis; cum igitur inter illas in-
nibus open-
 clinationes (prout ratio dictat) sit etiam quædam, & præci-
 ditur.
 pua quidem, ad Deum: necessario etiam ex ista, tanquam ex
 indubitate principio domestico jus naturæ à D. Pufendorfio de-
 clarari debuisse. Hinc (IV.) ut bene notat Clar. P. Schwarz
 (s) in adstruendo suo fundamento juris naturæ, dupliciter er-
 ravit, & quidem primò, quod abstraxerit à Religione etiam na-
 turali, licet hæc, tanquam præcipuum juris naturalis funda-
 tum, omnes obliget, adeoque à disciplina juris ejusdem sepa-
 rari haud possit. Quod ipsum Pufendorfius agnoscens, errorem
Duo erro-
 rum supplere studuit in libb. de offic. Hom. & Civ. ubi etiana res Pu-
 fatetur (t) hominem neque socialem futurum, nisi religione fendorfii in
 foret imbutus. Secundò erravit, quod ex solis quatuor memo-
adstruendo
 ratis affectionibus in homine repertis ita deducendum esse jus juris natu-
 rale voluerit, ut neque divini, neque humani juris prin-
ratis prin-
 cipia adjungenda esse censuerit, quibus tamen (presertim jure cipio de-
 divino) mirum in modum illud illustratur, ac elevatur, prout recti.
 inferius ostendetur. * Non ergo D. Pufendorfius misisset falcem
 in messem alienam, scilicet Theologiam naturalem, si quatuor
 illis inclinationibus hominis addidisset etiam quintam & præcl-
 puam, nempe in Deum, ad eruendum exinde principium juris
 naturæ.

159. Dein: Quid si etiam ex Theologia naturali, aut verbo Dei revelato aliquid mutuasset? anne per hoc genus huma-
 num in periculum errandi conjectisset? An, ut ludis litterariis
 serviatur, conturbanda sunt jura Dei, & periculis abstractio-
 nibus

P. a

(q) In apolog. §. 23. f. m. 40. (r) In specim. controv. c. 5. §. 25.

(s) P. 1. in Anat. puf. f. m. 255. (t) Lib. 1. c. 3. §. 13.

* Præclare ad rem nostram D. Leibnitius in epist. censoria libb. Pufendorfii
 de off. Hom. & Civ. ita scribit: plurimum referret parallela addi juris
 civilis, inter homines recepti, presertim Romani, ipsiusque etiam juris sacri:
 ita usus juris naturæ apud Theologos, & jurisconsultos prouior futurus
 esset, quod maxime magis sermonibus celebratur, quam ad negotia adhibetur.

nibus ---- genus humanum, maximèque Christianus populus auxilio suo unico & spe firmissima, revelatione inquam divina, privandus? Clar. P. Desing (u) qui multis hoc argumentum fat eruditè prosequitur, è quibus id solum annotamus, quod subtiliter adeo discernere inter limites scientiarum, Ethicae Intradendum est, Theologiae &c. & disciplinas justi, pii, honesti, ac do jure naturæ decori, tam accurate distinguere, necessarium esse non probetur, ita, ut si alterum ab altero separatum juventus non doceretur, sufficiens juris naturæ notitia acquiri non posset; quis quis enim baret in conscientia de aliquo opere faciendo, aut quis, subtiliter quis alteri ad hoc consilium dare debet, nil aliud querit, aut inter limites respondet, quam quid liceat facere, vel quid fieri debeat; sive an sit, vel non sit obligatio: ubicunque autem est obligatio, est aliquod jus, hoc tantum discrimine, quod strictum, aquum, aut benevolum sit; nec ante Pufendorfium (qui se primum inventorem dicit rei, ut putat, adeò necessariæ) subtilis ejusmodi separatio ad genuinum jus naturæ tradendum necessaria judicabatur; scilicet, ut ait Seneca (w) *Antiqua sapientia nihil aliud quam agenda & vitanda pracepit: & tunc longe meliores erant viri. Postquam docti prodierunt, boni desunt. Simplex enim illa & aperta virtus in obscuram & solerter scientiam versa est & docemurque disputare, non vivere.*

160. Nec dictis obstat Clar. P. Schwarz (x) dicens, sibi non ex toto displicere scopum Pufendorfii, tractandi nimirum jus naturæ peculiäriter, & suo modo universaliter & sequstrando illud tam à jure positivo divino, quam humano, & utriusque controversiis, maxime Theologicis &c. Non inquam, per hoc dictis obstat; nam statim adjungit duplicitem errorem hujus Authoris paulo superius à nobis insinuatum; imo quoad hoc mentem suam prævie jam declaravit, (y) ita scribens: „ Neque recte quis diceret, principia „ honesti, decori & justi ex ipsa divisione, esse præcise saltem opposita, adeoque ad disciplinas diversas spectantia, „ sola ratione justi, jurisprudentiæ naturali proprie competentes, te, Nam contra est: Cum hæc principia solummodo sint distincti,

(u) In larv. detract. cap. 5. Them. 16. n. 5. & cap. 8. à Them. 9.

(w) Epist. 95. (x) Loc cit. (y) In prolog. instruct. 1. §. 4. f. m. 19. vid. etiam cit. §. f. 13. & 16.

„ sticta ex modo tendendi ; seu ex motivo , quo applicantur , *Claris P.*
 „ & plerumque , quod *bonum* sub hoc respectu , sub illo *Schwarz*
 „ quoque sit *justum* , * & vicissim , hæc eadem principia *methodum*
 „ jurisprudentiæ naturali sunt propria atque intrinseca . „ *Pufendorf*-
 Ita *Clar. P. Schwarz* , ex cuius verbis apparet , p̄fatum *Pufendorfii* scopum in iis tantum sibi non displicere , in quibus
 judicabat , speciali aliqua utilitate , aut egregio quodam
 decore eum honestari , quod in hoc Clarissimo Auctore neu-
 tiquam improbamus , sed potius ipsimet asserimus , quod causa
 diversas disciplinas in scholas introducendi non sit præcise di-
 versa ratio abstractiva secundi intellectus , sed vel necessitas ,
 vel specialis utilitas , aut saltē aliquis egregius decor :

161. Cæterū quoad errorem alterum à *P. Schwarz* in *Pufendorfio* detectum , est forsan , qui virum illustrem excusat ,
 afferendo , quod tale principium juris naturæ posuerit , ad quod
 admittendum adigi possent omnes homines , quamcumque demum
 circa divina persuasione haberent ; (z) & consequenter ipsi
 abstrahendum fuisse à jure divino in sacrī litteris contento ,
 uti & à Romano & quovis alio humano . Sed hæc excusatio *Excusatio*
 non juvat ; nam p̄pter ea , quibus illam suo loco quoad jus *Pufend.*
divinum enervabimus , adducere quoque juvat illud , quod per-
illustris D. Vitus Ludovicus à Seckendorf (a) in hanc rem p̄-
 clare scriptum reliquit ; & quo damnum ingens , ex methodo *straxerit* ,
Pufendorfiana tradendi jus naturæ , emergens ostendit per hæc *nulla est.*
 verba : „ Enimvero è recentibus hypothesis (contra men-
 „ tem quidem & scopum Authorum) proterra nostra , & ver-
 „ bum DEI quotidie magis fastidiens , juventus ansam arripit ,
 „ ut veteres regulas , quæ apud ipsos tanquam Christianos me-
 „ rito valere debebant , non amplius magni estimet , recenti-
 „ bus autem haud constanter fidem adhibeat , & non ulterius ,
 „ quam quatenus expedit . Unde & hodie plures quam un- *Præclarè*
 „ quam alias dantur homines , qui Principum ac Rerumpubli- *scripta*
 „ carum destinatis qualibuscunque è laxis illis , & per probabi- *illustissimi*
 „ litatem corruptis principiis , facile assentiri , colorēmque *D. à Sec-*
 „ *P. 3* *allinire kendorf.*

* Agnovit hoc ipsum Cicero I. de off. cap. 19. inquiens . nibil enim honestum
 esse potest , quod justitia vacat .

(z) *Pufend.* in p̄f. ad Lib. de J. N. & G.

(a) In Libro , cui Titulus : *Christen* ; *Scandica* apud Julianum Rondonium in
 postscripto p̄f. ad lib. *Pufendorfii* in *scriptum Eris Scandica.*

„ allinire possunt. „ Ita Seckendorfius , qui propterea etiam
merito improbat , tali modo in Christiano orbe scribere , &
fundamentum juris divini revelati posponere aut negligere ; „
„ Quia, inquit, Turcae atque Ethnici libros nostros latinos ,
„ aut alia lingua conscriptos , non legunt ; cum illis efficacius
„ disceptatur machinis & gladiis ; aut , si quid cum iisdem
„ super commerciis aut similibus negotiis tractatur , principia
„ jam nota sunt , & horum præcipuum , nempe utilitas mutua
„ subtili disceptatione haud constat. Hæc ubi claudicat ac
„ cessat , frustra ratiocinari instituas. „

*Improbatur in Pufendorfio,
quod abstraxerit a
jure humano.*

162. Jus civile (Romanum præsertim) quod attinet , itidem suo loco ostendemus , quod utilissime ad jus naturæ tradendum adhibeat , & consequenter etiam quoad hoc Pufendorfius erravit , illud in doctrina de principiis juris ejusdem exclusum volens. Cur enim leges illæ non sint aptæ ad indicandum sèpius jus naturæ , quæ à tot gentibus , ut sanæ rationi congruentes agnité , ab Imperatoribus Christianis editæ , ab Ecclesia in paucis correctæ , imo ab hodierna tota (Christiana saltem) Europa receptæ ? quod certo factum non esset , nisi à tot auctissimis judicibus non tantum naturæ non refragari , sed & summè conformes habitaे fuissent. Ast veritati adeo manifestæ diutius immorari non vacat , sed potius ad quatuor illas affectiones , ex quibus Pufendorfius suum legis naturæ principium deducit , regredi , & earundem ad hoc aptitudinem paulo accuratius examinare oportet. Igitur

163. Prima ex illis est , quod homo se ipsum summe amet , siique conservationi studioſissimus fit. Ex ea Pufendorfius hanc sequelam format : ergo fundamentalis obligatio legis naturæ est , cuilibet homini quantum in se , colendam & conservandam esse pacificam adversus alios sociabilitatem , indoli & scopo generis humani in universum congruentem. (b) Verum hæc sequela ex ipsiusmet Aphoris sui doctrina impugnat , qua Hobbesium , ex sola propriæ salutis cura leges naturales deducentem fallacie inculans , ita scribit : (c) initio est notandum ; id quidem liquido ex illa constare , saluti hominum expedire , ut ab omnibus juxta

(b) Dé J. N. & G. Lib. II. Cap. §. §. 15.

(c) Ibidem §. 163.

juxta ista rationis dictamina vita agatur. Non tamen statim Argumenta
ita concludi posse; jus est homini ista media ad sui conservatio- tum Pufen-
nem adbibere; ergo & ad endem observanda velut ex lege aliqua dorfi ex
tenetur. Ita Pufend. contra Hobbesium & bene: Verum ita & amore sui
nos contra Pufendorfium, ex summo hominis amore erga se, &c. de-
& sui conservandi studio, fundamentalem obligationem legis sumptum
naturae evincere volentem, ipsissima ejus verba retinentes ar- refutatur.
guimus, ex praefato sui ipsius amore & conservandi studio non
statim ita concludi posse; jus est homini ista media (socialitatem)
ad sui amorem & conservationem adbibere; ergo ad endem
observanda velut ex lege aliqua tenetur. Sicut proin Pufen-
dorffus contra Hobbesium ex sola utilitate, quæ ex proprio sa-
luti cura habetur, necessitatem legalem inferri negat, ita & nos
eodem jure, ex amore & sui conservandi studio, legis naturalis
obligationem ad socialitatem legitime deduci posse negamus. Si
proin Hobbesius in suo argumento commisit fallaciam, quis ne-
gabit Pufendorfium commisisse simillimam?

164. Altera ex affectionibus illis in homine repertis est
summa ejus egestas, ob quam juxta Pufend. naturae legibus
ad socialitatem constringitur. Verum & hæc sequela satis in-
firma est; vel enim homo propter egestatem suam ideo per le-
gem naturae ad societatem obligatur, ut alios juvet, vel ut ab
aliis juvetur? si primum: tunc ratiocinatio Pufendorffii vide-
tur omnino esse ridicula: qualis enim sequela est: *bomo ex*
natura sua premitur egestate summa: ergo lege natura adscri-
tus est aliis, endem egestate laborantibus auxilium ferre? Si ve-
ro secundum: id est, si homo propterea, quod ex natura
sua egenus sit, per legem naturae obligetur ad socialitatem,
ut ab aliis juvetur, tunc asseritur id, quod est in quæstione;
hominem scilicet, ob hanc ipsam causam, quod habeat incli-
nationem ad societatem, habere jus ad petendum aliorum ho-
minum auxilium, & hos jure naturae propterea obligatos esse *Summa bo-*
ad succurrendum illi; quamvis enim homo sit inops, & hæc *minis ege-*
eius inopia sit physica, sicut alterius cuiusvis animalis, non ta- stas denuo
men ex hoc inferri potest: ab uno homine moralem necessita- nil proficit
tem alteri homini imponi posse, ad sese juvandum; alioquin ad Pufend.
etiam sequeretur (ut observat Clar. Desing) etiam canem vi princi-
sua egestatis physica posse imponere moralem necessitatem alteri pium.

cani

cani ad se juvandum, vel saltem homini. Disparitas certe ex Pufendorfii principiis dari non potest; quia ex illis *jus aliquod, seu moralis necessitas erui nequit, quod tamen præstandum fuisset; quamvis enim postea, & quidem optime, dicat, obligationem illam à Deo provenire; hoc tamen aliunde demonstratur, non ex ipsius rationibus; atque ex hoc ipso magis contra eundem Authorem clarescit, quod in adstruendo juris naturalis fundamentali principio non possit abstrahi à Deo.*

165. Tertia affectio est, quòd ad mutua commoda promovenda homines sint maximè idonei, & ideo jure naturæ, juxta Pufendorfium, obligantur ad socialitatem. Hanc affectionem ita proponit. (d) *Manifestum quoque est, post divinum Numen homini non plus subsidii atque solatii posse accedere, quam ab aliis hominibus.* Übi præprimis mirandum est, quod illustris Author mentionem Dei hic ingerat, qui tamen alibi in tradendo jure naturæ, ut omnibus (consequenter & Atheis) ejus doctrina prodestet, à Deo sibi abstrahendum fuisse afferuit. Dein, si divinum Numen plus subsidii ac solatii conferre potest, & actu confert homini, quam alii homines, falsum est I. quod homo sit animal, *sine sui similium auxilio servari ineptum*; (prout alibi Pufendorfius ait. (e) potest enim servari dem idoneitatis ad mutua commoda promovenda.

Neque ejus- ptum; (prout alibi Pufendorfius ait. (e) potest enim servari dem idoneitatis ad mutua commoda promovenda. à Deo. Falsum est II. quod ex solis illis quatuor affectionibus juris naturalis fundamentale principium demonstrari possit; cùm etiam Deus pertineat ad commoda hominis, & quidem præcipue, ac præ aliis hominibus, & consequenter homo essentialē ad ipsum relationem habeat; ergo ex hoc quoque principium juris naturæ à Pufendorfio demonstrari debuisset: quibus adde, quod sequela hæc non sit legitima: *Homo post Deum plus subsidii &c. accipit ab homine, quam ab aliis naturis; ergo homo per jus naturæ obligatur ad socialitatem, vel ut aliis profit, vel ut ab aliis accipiat; non, inquam, sequela hæc est legitima; alioquin enim (ut optime denuo arguit Clar. P. Desing (f) legitimum erit & istud: commoda quæ equus accipit à stabulario post berum, maiora sunt commodis, quæ accipit à canibus, capris &c. ergo equi lex fundamentalis est, colere societatem stabulariorum.*

166. Quar-

(d) Loc. cit. §. 14. (e) De J. N. & G. Lib. II. C. 3. §. 15.

(f) In Larv. detrac. c. 13. Them. 18. n. 6.

166. Quarta denique *sæpedictarum affectionum hominis est*, quod *sæpe malitiosus, petulans, & ad noxam inferendam promptus ac validus sit; ex qua potentia & voluntate nocendi Pufendorfius, ratiocinio sane mirabili, similiter infert fundatum legi naturæ, socialitatem nempe cuiuslibet homini colendam & conservandam.* Sed quare? quia, inquit, *idem Malitia bominum homines* (quos antea maxima post Deum subsidia ac solatia afferre dixerat) *non minus invicem nocimenti & molestia inferre possunt, & sæpe volunt, vel instigante prava libidine, vel infert naturalem obligacionem ad* *societatem.* *Ita* *Pufendorfius, sed absque ullo fundamento, jus aliquod naturæ, sive moralem obligationem ad societatem inferente;* *cum enim primam hominis inclinationem esse dicat amorem summum & sui conservandi studium; hic sane amor ac studium potius ad alterius hominis, tanquam potentis, & nocumentum inferre facile volentis, societatem declinandam impellat, & ab aliorum consortio separatum vivere jubebit, coquod nullam unquam securitatem ab iis promittere sibi valeat.* Quod si dicas, ideo hominem ad societatem à natura obligari, ut malitiam, & nocendi promptitudinem aliorum hominum eò felicius devitet, rursus nihil efficies; nequé sic enim ejusmodi obligatio probatur; siquidem non statim *præprimis* obligatio legis naturæ adstruenda est, ubi instinctus naturalis reperitur, qualis est ad fugiendum malum ab aliis fors inferendum. Dein: si omnibus hominibus hujuscemodi malitia & nocendi promptitudo inest, ad quorum societatem natura obligat?

§. XVI.

Solvuntur argumenta §. XIII. Indicata.

167. **R**Elqua socialistarum fundamenta superius insinuata, partim Lingua Et Pufendorfii, partim aliorum esse diximus. Licet autem sermo ex eorum quatuor priora ab ipso suo illustri Authore pro secunda societatis & minus principalibus tantum habeantur, iis tamen vel ratione non ideo occurrentum est, ut sophismata in illis latentia detegantur. *sunt inutilles.* Ad I. igitur, quo Pufendorfius contendit, juris naturæ les. principium esse socialitatem, propterea, quod alioquin homini lingua & sermo forent inutiles, facilime respondetur, absolute imprimitis negando, extra societatem nullum sermonis usum fore,

(g) Loc. cit. §. 14.

fore, prout patet in aviculis & aliis animantibus, quæ licet jure naturæ sociali proprio non ligentur, eorum tamen diversæ cantillationes ac voces minime sunt inutiles, cum per illas suo modo Creatoris omnium laudes decantent (juxta illud. (b) *Benedicite omnes volucres cali Domino, benedicite omnes bestia & pecora Domini*) ac semetipsa secundum naturam suam exhilarant &c. Sic etiam homines, licet extra societatem viverent, utilissime tamen vocem ac sermonem, diuinæ laudes, non minus loquendo, quam cantando, impendere possent; ad quod eodem loco scriptura horatetur dicendo: *Benedicite filii hominum Domino.* Quibus adde, quod vox & sermo commorantibus in solitudine ad relaxationem quoque animi subservire possent; non minus enim propriæ vocis suavitate, quam instrumenti musici sono, uti auris delestat, ita animus exhilaratur. Dein sophisma in *Pufendorfii* argumento latet, & est istud, quod ex re in plures partes veritatis determinatum jus naturæ inferat: sicut enim discurrevit: *Sine societate inutilis est homini lingua, per quam solus homo præcateris animantibus animæ sensu articulato sono potest exprimere.* Ergo unicum principium juris naturæ est socialitas. Ubi vides *Pufendorfum* etiam ex eo, quod societas sit necessaria ad voluptatem confabulandi &c. inferre legem naturæ ad eam obligauitem.

Infirmitum est argumentum pertinens à desiderio ostentatio-
nū;
168. Ad II. hoc argumentum, in quo ex eo, quod optimus quisque præclare agendo inter alios se ostentare gaudent, infertur obligatio naturalis ad societatem, hoc, inquam, argumentum adeo infirmum est, & omni christiano indignum, ut miremur in tam illustre ingenium illud cadere potuisse. Nunquid enim Christus ipse net in Evangelio reprobavit illud? * Dein: quis prudens ostentationis desiderium agnoscat pro medio agnoscendi jus naturæ? si enim loquamur de veris ac sinceris virtutum sectatoribus, hi nunquam ob præclare gesta laudes humanae appetunt, sed potius ad eas evitandas, publicum ac societatem fugiunt, ** nec propterea vituperantur à sociis, quos

(h) Daniel. 3. in cant. 3. puerorum.

* Loquens nempe de scribis & Pharisæis Matth. 23. v. 5. reprehendens illos, ait: *omnia vero opera sua faciunt, ut videantur ab hominibus; dilectant enim pharisaëtia sua, & magnificant fimbrias &c.*

** Juxta doctrinam Christi Matth. 6. attendite, ne justitiam vestram faciatis coram hominibus, ut videamini, ab eis &c.

quos relinquunt, sed potius ut sapientiores ac generosi, tam
sui, quam mundi contemptores ab iis suspiciuntur. Si vero
loquamur de iis, qui ob virtutes suas fucatas humana tantum
encomia ambiunt, nec isti ostentatorum nomine gaudent, sed,
licet tales re ipsa sint, pro talibus tamen haberi videntur, bene-
scientes, ipsum illud nomen cuivis sanæ mentis exossum esse.

169. Ad III. Respondetur ex alia conclusione ejusdem Pufendorfii in hunc modum: scripsit alicubi illustris Author (i) amplissimi inter mortales fastigis infra baberi, totius Civitatis Prout viribus subnixum in hisce terris neminem superiorem agnosceret etiam alterum ex Quid si, juxta ejus principia, ex hoc inferemus: ergo quilibet jure naturæ obligatur ad illud honoris & potentiae cuiuslibet condendendum vires omnes impendere; ergo ille qui fastigium hujusmodi omni modo ac labore quæsivit, illudque consecutus, potentissimus evasit, optime legem naturæ implevit; quia ex hoc magis præstantia & perfectio exsplendescit? quis autem hanc illationem non improbarit? ergo similiter improbanda est illatio à Pufendorfio in præsenti suo argumento facta, dum socialitatem fundamentale juris naturæ principium esse infert ex eo, quod cuiusvis hominis præstantia & perfectio magis exsplendescat, quo planè ab eodem in ceterorum commodum proficiuntur, summatimque sapientiam postulantur. Sophisma hinc in hoc arguento denuo latet, quod Pufendorfius non distinguat inter perfectiones necessarias & non necessarias, item inter per- fectiones unice necessarias & summas, & inter perfectiones non unice necessarias & non summas, sed vocabulum perfectio in ambigua significatione relinquens, certum tamen aliquid exinde deducat, non absimilis illi, qui sic v. g. concluderet: *perfectio est qui musicam calleat; ergo de jure natura est callere musicam.* In quarto.

170. Ad IV. denique respondemus l. à Pufendorfio com. arguento mitti circulum vitiosum, si ex socialitate tanquam fundamento committi- li principio juris naturæ deducere velit, quod homo æqualis ad tur circu- diligendum alterum æqualem obligetur; nam argumentum ejus lus. in hunc modum resolvitur: ideo tenet amare socium (quam- vis nec boni nec mali quid ab eo in me proficiere possit, sed mihi per omnia sit æqualis) quia obligor ad amicam societatem, sive, quod idem est, quia obligor amare socium; quod utique est

(i) De J. N. & G. Lib. II. C. 2. §. 4.

est reverti in circulum. II. Si argumentum *Pufendorfii* paulum constringatur; nihil aliud dicit, quam hoc: quicunque sunt cognati & æquales, per legem naturæ obligantur ad collendam societatem, commoda sibi invicem cedendo: jam sic; *Pufendorfius*, ut supra vidimus, primam affectionem seu inclinationem,

Pufendorfius in eo sibi contra-dicit. ex qua, in homine reperta, deducit fundamentum legis naturæ, ait esse summum amorem sui ipsius; si ergo duo æquales tenentur jure naturæ ad collendam societatem, cedendo mutua commoda, prima affectio seu inclinatio non esset amor sui, sed alterius, cui nempe tenetur cedere commoda, ut patet: ergo per hoc argumentum illustris hic Author sibi contradicere videtur. III. *Æqualitas modernis societatibus potius obstat.*

Æqualitas bi æqualis & cognatus sum. Quæ (amabó) ex ejusmodi æqualitate societatis cultura speranda est? Si ergo æqualis erga æqualem jure naturæ socialitatem exercere tenetur, aliunde profecto hanc obligationem oriri oportet, quam ex sola æqualitate. Et hæc de argumentis *Pufendorfii*. Restat nunc ut & reliqua socialistarum argumenta dissolvamus, ubi tamen argutias *Thomasi* omittemus, quæ ut supra (k) vidimus, nil roboris habent.

Responde- 171. Ad I. itaque cæterorum: Vel illi Misanthropi singulatur ad ar- li in singulis cavernis delitescere supponuntur, vel sibi similibus gum. num. associati? Si posterius: tunc argumentum non est ad rem, quia propositum vivunt in societate; si vero primum, tunc deuso querimus, an hi solitarii qua tales naturæ legibus obligantur, vel non? posterius certe dici non potest, ut superius ostensum est. Dicendum est ergo prius; hoc autem intentioni adversæ refragatur; sic enim manifestum fit, etiam independenter à societate contra jus naturæ peccari posse, & consequenter principium unicum dignoscendi jus naturæ, non esse socialitatem. Quod vero additur, eos quandoque è speluncis suis prorepere, & moratiorum hominum societati se ingerere, plus non probat, quam hominem quemlibet ad societatem aliorum inclinari, ex quo tamen

tamen neutiquam jus aliquod, vel obligatio ad illam evinci potest; multo minus principium fundamentale juris naturæ in socialitate consistere.

172. Ad II. Facilius negamus, quam Adversarii asserunt, *Obtenditur socialitatem habere requisita sufficientia ad principium fundamentalis juris naturæ; sic enim primo, non est principium verum non rum; quia pluribus innititur suppositis falsis: supponit enim I. hominem in societate jam constitutum, extra quam jus ullum naturale nec unquam actu fuerit, nec esse valeat, quod tamen falsum esse in ratione nostra prima ostensum est. Supponit II. statum vitæ solitariaz esse miserrimum, ita ut homo extra societatem vivens, sibi met ipsi sufficere haud possit, quod rursus universaliter loquendo falsum esse patet ex supradictis. Supponit III. quod jus naturæ non sit trahendum ad interna, & quod finis ejus adæquatus sit felicitas mere externa, quæ omnia similiter falsa esse, superius abunde probavimus. Secundo supponit non est principium evidens; quia hucusque nullatenus ejus evidencia demonstrata est. Tertio, non est principium primum; quia amorem hominis erga seipsum, pro fundamento & se priori habet; homo enim juxta Adversarios, inclinatur & obligatur ad socialitatem, quia I. summe se amat, ac sui conservandi studiosissimus est. II. Quia miser est, & sibi met ipsi non sufficiens. III. Quia socius est aptus ad eum juvandum; Et IV. quia homo ex natura sua pravus & ad nocendum pronus; ergo principium & fundamentum, ex quo socialitatis leges mensurantur, est amor hominis in se ipsum; ergo socialitas non est principium juris naturæ principium; quia, juxta ipsos Adversarios, supponit aliud prius, amorem scilicet proprium, prius, ergo & sui conservandi studium. Quarto, non est principium adæquantum, sed mancum; quia non comprehendit officia principiora hominis, in DEUM nempe, & seipsum, ut ostensum est in ratione nostra secunda. Cætera porro ab Authoribus ad genuiaum juris naturæ principium requisita, & à nobis (1) recensita benevolus Lector primo intuitu agnoscat in socialitate non reperiri.*

173. Nil proin quoad celeberrimam hanc questionem, in ordine ad scopum enucleandam, superesse censemus, quam

ut sapientissimam conclusionem Clar. P. Corbiniani Thomas pro coronide apponamus, qui, more suo (m) præclarissime de hac re ita differit : „ Ut denique, si pateris, meam mentem can- „ dide edifferam, hactenus dictum socialitatis principium mihi „ quidem haud modice, & non uno ex capite, suspectum est, „ sed & aliis ita videtur ; nam ejusdem fautores hinc inde am- „ biguis circuitionibus utuntur, &, si rem demum omnem

Conclusio „ colligas, ad externam Reipublicæ tranquillitatem universum
Clariss. P. „ jus naturæ referre videntur, ipsumque jus divinum huc per-
Thomas. „ trahere, atque istud societati (quamquam sane oppositum
„ fieri deberet) accommodare : quos utinam non ex nostris multi,
„ qui tamen orthodoxos se dici volunt, infelici imitatione se-
„ querentur, qui jus Ecclesiasticum, politicæ Reipublicæ plane
„ subordinare, atque ad istius leges examinare contendunt, ex
„ quo pleraque illorum dogmata parum sana, statuque Ec-
„ clesiastico, Immunitati præfertim ejusdem, haud adeo libe-
„ raliter faventia profluxisse, vix jam amplius dubito, ut adeo
„ totum hoc jus ad Rationem statu, qua bonum societatis hu-
„ manæ, à natura ipsa nobis constitutum, contineri volunt,
„ referre, jam non obscuris conatibus laborent, ac sicubi sacra
„ jura rationibus civitatis officere videntur, reprobanda cla-
„ mitent : quo sane nil aliud agunt, quam quod illi, qui *gemmae*
„ pretium ex annuli materia æstimant, aut solem in lunæ fa-
„ mulitum adsciscunt. „ Ita clarissimus ille vir, & nos cum
 ipso.

§. XVII.

An Lex naturæ ex Amore tanquam principio
cognoscendi desumenda sit ?

174 Inter celebriores opin'ones circa fundamentum seu princi-
 piū cognoscendi juris naturæ, est etiam illa, quam pau-
 cis abhinc annis ingeniosissimi quidam, non sine meritis-
 simo applausu, sunt amplexi, principium illud reponentes vel
Tres sen in amore in genere (ut Clar. *Heineccius*) (n) vel in amore
tentia in. DEI & proximi (ut Clar. D. Franc. *Alef* (o) vel in amore *DEI*,
sui,

(m) *Dissert. IV. §. VI. Num. fin.*(n) In prælect. Acad. ad Pufend. de Off. H. & C. Lib. I. cap. III. §. VII
 Num. XI.(o) In *Hercul. jurid. &c. linea recta &c. edit. anno 1735.*

su, & proximi (u: Clar. P. Ignat. Schwarz) (p) ut porro prædicantur fatorum Authorum mentem felicius & facilius Lector penetreret, in ea detegenda verbis illorum propriis ut plurimum ut plancuit. Igitur

175. *Heineccius* loco superius allegato, post refutatas aliorum de principio juris naturæ opiniones, mentem propriam hoc in passu sequenti discursu declarans ait: Facilius principium investigabimus ita, si ad finem DEI in condendis hominibus respiciamus; scilicet supponimus, n*on* existentia nostræ causam non esse; antequam eramus, eramus nihil; nihil aliiquid producere non potest; si nos existentia nostræ causa non sumus, oportet sane nos conditos ab ente alio, & perfectissimo quidem; quia omnipotentia est, ex nihilo substantiam vivam, suique conscientiam producere; sapientia, eam ita condere, ut nihil in nobis sine summa ratione factum sit, id est, à DEO. Qui à DEO conditus est, ab eo pendet inesse suo; ergo ei obligatus est, id est, ejus voluntati vel fini, quem in creatione nostra habuit, satisfacere debet; itaque propositio primaria.

Fac ea omnia, quæ fini DEI in creatione hominis convenient, & contraria omitt. Ejus propositio pri-

Jam si finem DEI investigare velimus, respiciendum erit *mariæ*. ad media, quæ nobis dedit, vel facultates; cum ergo dederit nobis corpus mobile; vult, ut illo variis actiones agamus; voluntatem, quæ bonum appetit, & malum aversatur, vult, ut bonum tantum sectemur, mala fugiamus; intellectum, vult, ut bona vera, non apparentia sectemur, ergo vult, ut actiones edamus, quæ ex veri boni appetentia proficiuntur. Veri *Quadruplicis gen-* boni appetentia est amor; vult ergo ut amemus, omnésque plicis gene- actiones nostræ ex vero amore proficiantur. Amor tendit *ris amores* vel in DEUM, vel in nos, vel in proximum, vel in alias *enumerat.* creaturas; quæ objecta cum non sint ejusdem dignitatis, per- fectionisque, amorem quoque non ejusdem generis esse oportet. Amor si tendit in objectum perfectius, vocatur *reveren-* tia. Si in tale, à quo pendemus, obsequium, quod est amor, quo objectum aliquod ob perfectionem maximi facimus, eique *Ejus pri-* libentissime obsequimur; ergo prima propositio specialis: *ma propo-* *DEUS tanquam ens perfectissimum submissa venerazione fitio spe-* colendus, eique per omnia parendum est. *cialis.*

Si

(p) Instit. jur. publ. parte I. f. m. 603. & seqq.

Si tendit in nos ipsos, *pbilautia*, eaque est amor, quo quis veram sui perfectionem conservationemque intendit. Ne tamen illa *pbilautia* sit prava, ordo servandus, ne nostram conservationem DEI voluntati præferamus; hinc altera propositio specialis:

Ejusdem altera propositio specialis.

Homo ad sui perfectionem & conservationem promovendum tenetur, quatenus illa sine violatione Majestatis divinae obtineri potest.

Si tendat in objectum extra nos, illud nobis vel æquale est, ut *proximus*, vel inferius ac imperfectius, ut *reliqua creatura*; Si prius, amorem quoque oportet esse æqualem amori, quo nos ipsos prosequimur; ergo regula specialis tertia:

Tertia regula specialis.

Homo hominem tenetur eodem prosequi amore, quo se ipsum prosequitur.

Si posterius, amor est *benevolentia*, eaque est amor, quo substantia nobis imperfectiore non abutimur; ergo regula quarta:

Regula quarta.

Non abutendum est creaturis nobis imperfectioribus.
Ex his totum jus naturæ prono alveo fluit; consentit etiam scriptura pulcherrime, Matth. 22. v. 37. *Dominum DEUM tuum toto corde, toto animo, tota mente amato: hoc est principium & maximum præceptum.* Alterum autem hinc simile: alterum ut te ipsum amato. Luc. 10. v. 27. Epist. ad Rom. XIII. 9. 1. Timoth. 1. 5. Matth. 7. 12. *Quidquid vultis, ut vobis fundari in faciant alii, idem vos etiam eis facite.* Est hoc principium S. Scriptura, & babere legitima requisita.

Putat hoc principium suum fundari in facient alii, idem vos etiam eis facite. Est hoc principium S. Scriptura, & babere legitima requisita.

1. *Verum*; fluit enim ex veris definitionibus, 2. *adæquatum*; quia omnia officia erga DEUM, nos, & proximum, quin & erga creaturas inde fluunt; 3. *evidens*; omnia enim prius definitivus; 4. *cognoscendi*; hoc enim & Ethanicus quilibet cognoscit. Ita Heineccius, de verbo ad verbum.

Exponitur sententia D. Alefii, per inductionem variorum præceptorum.

185. Clariss. Alefii opinionem quod concernit, in memoriam præprimis revocare oportet, quod in §. præcedente circa Decalogramm insinuavimus, dum omnium aut ferè omnium legum naturalium absolutissimum undequaque compendium eum esse diximus. Hoc supposito, prælaudatus Author ait, omnia illa decem præcepta, in Decalogo comprehensa, ex amore DEI & proximi nullo labore deduci. „ Nam pone, inquit, ama DEUM; & inferum. „ Ergo non babebis alios (Deos alienos) ergo non assumes nomen „ Ejus

176. *Eius in vanum; ergo coles illum aliquando;* & si habebis primam tabulam. Pone jam ulterius sic: *ama proximum;* ergo bonorum parentes: ergo non occides: ergo non mæcaberis: ergo non suraberis: ergo non mentieris: ergo non fides concupisces; ergo non concupisces; & habebis secundam tabulam. Hac ut magis robur accipienti auctoritate ejusdem secundæ tabulæ præcepta testimonium infuper præbent illa quæ Paulus (q.) iubet, dum ait: *Reddite ergo omnibus debitos & confidens tributum, tributum, cui vestigia, vestigia, cui timorem, timorem: cui bonarem, bonarem.* Nemini quidquam beatiss. hic S. Script. nisi ut invicem diligatis; que teniunt deditis proximum; legem prætura. implevit. Nam non adulterabis: non occides: non suaberis: non falsum testimonium dices: non concupisces: & si quod est aliud mandatum, in hoc verbo instauratur: diliges proximum tuum sicut te ipsum. Dilectio proximi malum non operatur. Plenitudo autem legis est dilectionis. Ecce! quam clara sit hæc doctrina (ait Alefus) & quam sit menti divinæ tum per Moysem, tum etiam per Apostolum nobis declarata, consona; ut mirer, hanc viam ab aliis, qui de jure naturæ videntos edidere libros, tritam non esse. Ita Clar. Alef.

177. Clar. P. Schwarz, ut supra dictum, principium juris naturæ fundamentale statuens in amore DEI, sui, & proximi, ejusdem conceptum ita format: (r) *Fac, vel omittit en, quæ ex amore, DEO, tibi, & proximo naturaliter debito, hoc est, ad felicitatem naturæ rationali (scilicet humanæ) propriam, necessariop vel facienda, vel omittenda sunt.* Ex hoc deducit, 1. omne ac solum illud jure naturæ præceptum esse, quod exigitur ab amore, DEO, sibi, & proximo naturaliter debito, hoc est ad felicitatem naturæ rationali propriam necessario. 2. Omne ac solum illud è converso jure naturæ prohibitum esse, quod præfato amori repugnat; ac 3. deinde: omne ac solum illud jure naturæ permittitum esse, quod eidem amori nec absolute repugnat, nec ab eodem absolute exigitur.

Exponitur
conceptus
Clar. P.
Schwarz.

178. Ejusdem conceptus explicationem à suo Authore per partes datam, sequentem in modum per epitomen reddimus.

R. Dicit

(q) Ad Rom. 13.

(r) Loc. cit.

Dicit erga 1. fac vel omittit ea &c. ex amore; non utique *sensitiva*, sed *rationali*, qui est „ affectio animi, qua quis sibi „ vel alteri bona cupit, ea procurando, & mala opposita amo- „ vendo, sic, ut in boni praesentia, malique abuentia velut „ felicitate desiderata quiescat & delectetur. „ Dicit 2. ex amore erga DEUM, seipsum & proximum; quia toti sunt entia, quibus officia quædam naturæ legibus exhibentur. Dicit 3. ex amore naturaliter debito, id est in ipsa natura rationali & ejus exigentia fundato, qualis est *amor justitia*, prout notat requi- tatem in naturæ debito fundatam, ut pote cuius objectum for- male est honestas illa, que appetit in tribuendo cuivis eo, quod naturaliter ipse debet. Dicit 4. ex amore necessario &c., tamquam medio ad finem naturæ rationali prefixum, qui est fe- licitas eidem propria; ita ut amore illo servato hæc salva ma- neat, eo vero neglecto deficiat. Dicit 5. ad felicitatem naturæ rationali propriam; quæ, ut experientia comprobat, in ea fruitione boni sita est, vi cuius boni nisi undeunque bene est, seu in pace, & tranquillitate vita, totaliter quietante; totalis autem quies erit, si quis fruatur pace cum DEO, secum ipso, & proximo, id est, si amore *justitia*, seu *naturalis aequitatis*, cuique debitum reddat; rationem nempe DEO, corpus vero rationi subordinet, proximoque debita officia impendat.

179. De hac porro felicitate ad aquænotat ulterius, eam quidem naturæ rationali propriam esse simpliciter, sed diverso modo; nam secundum unam partem *formalis* seu *substantialis* est, & *primario* intenta, consistitque in conjunctione cum DEO per cognitionem congruam & amorem; & hæc sola est *necessaria*; *sativa*, & *inassorbibilis*, atque in hac vita tan- tum inchoatur, in futura vero completur, & consummatur. Secundum alteram partem eadem felicitas hominis *integralis* tantum est, & *secundario* intenta, eaque bifaria esse noscitur, *internæ* & *externæ*. Prior consistit in pace ho- minis secum ipso, vocante bona animæ interna, habitus nimi- rum virtutum naturalium; posterior vero sita est partim in pace secum ipso, quoad bona externa, v.g. fortunæ, sanitatis corporis &c.; partim vero in pace cum proximo, quoad com- pleta tranquillæ vitæ itidem externa. Hæc omnia ut dictum est, sunt finis à natura secundario tantum intentus, neque sufficientia sunt, nec pura nec *satativa*, nec ad felicitatem ab- solute

*Felicitas adiquata
hominis
duplex est,
substantia-
lis nimi-
rum & in-
tegralis.*

solute necessariam, sed tantum integralem, ac saltem per mortem differibilem, conficiunt. Ita quoad rem ipsam Clar. P. Schwarz; qui sententiam suam propterea veram esse contendit, quod omnia requisita superius (s) à nobis estimorata, principio à se statuto convenerant. En! ejusdem rationes.

180. Ait igitur I. Amorem à se descriptum esse principium primum, eoquod non ex alio, sed potius ex ipso omne aliud praeceptum cognoscatur; amor enim, inquit, est medium, quod immediate fundat felicitatem humanae naturae propriam, P. Sobrius estque suo modo indistinctum à fine; ceteræ leges sunt media, probat quæ immediate fundant amorem, mediante amore felicitatem. Nec obest, quod ipsemet amor sit lex, & consequenter supponat principium se ipso prius; quamvis enim amor ut est affectio, sit lex, & medium ad finem, seu felicitatem, est tamen insumul indistinctus ab eodem fine, quatenus est ipsa fruitio pacis cum DEO, secum ipso, & proximo, in qua consistit formalis illa felicitas. Quemadmodum igitur hæc à Creatore intenta seu præcepta est propter se, quia finis, ita & amor: imo si consideretur etiam idem amor ut medium tantum ad finem seu dictam felicitatem, nihilominus meretur nomen principii primi; eoquod propter convenientiam immediatam sit medium fundamentale & universale, ideoque præceptus ut principium, ex quo ceteræ leges, in eodem amore fundatae, deducenda sint, tanquam ex fundamento primo cognoscenda legis naturalis; quod confirmat ex paritate cum amore DEI & proximi supernaturali, qui licet etiam sit præceptum, & quidem maximum, est tamen insimil principium, ex quo lex pendet universa.

181. Ait II. Amorem illum esse principium Unum; eoquod in amore simplex sit; licet objectum triplex respiciat; hoc enim per subordinationem naturaliter debitam ita conne-

Probat se
cundo effe

R. 2

xum

(s) Num. 35.

*. Dum felicitatem naturæ rationali legum naturalium finem vocat, intelligit finem immundationem, quem Deus eisdem condendo ex infinita sua sapientia & bonitate avertit, non excludendo lucis meditationem & nimirum, qui est gloria conditoris; quæ ex hac ipsa etiam hominis felicitate (inquit loc. cit. sol. 617.) excutitur, supote consiliente primario in cognitione & amore, hoc est, in glorio Cysatoris.

principium sum est, ut amor alterius privatus cedat amori sui ipsius, hic unum.

Tertio, intrinsecum. autem amori publico, omnes autem amori DEO naturaliter debito. Ait III. Principium à se adstratum esse naturae **intrinsecum**, quia nū magis intrinsecum homini est quam amor, nec eidem quidquam connaturalius. Ait IV. Esse principium verum,

Quarto principium rum, utpote conforme objecto suo, quod est felicitas naturae humanæ; imo, inquit, est ipsa felicitas, quia est ipsa pax cum DEO, secum ipso & proximo, in quo felicitas consistit.

Quinto principium evidens & cuius notum in se, quia evadet. Ait V. Esse principium evidens & cuius notum in se, quia ut dicit finem, seu felicitatem naturæ rationali propriam, est notum in immediate notum in se, cum etiam rudes, imo & stulti, per se, naturalem instinctum, felicitatem hanc appetant, ejusque conlectu-

Ratiocinatio sive conquiescant. (t) Quod si consideretur hoc principium, ut dicit amorem, tanquam medium necessarium, denuo tur quoniam cuius etiam tudi notum est secundum se, quia lumine rationis utcumque tenui cuilibet saltem prima bæc principia dictantur; DEUS ut Author nō est omnibus? quod volo aut nō habet fieri, etiam respectu proximi faciendum vel omittendum est; ex quibus deinceps ultra fluit amor cuius naturaliter debitus, quia ad finem, seu dictam felicitatem necessarius.

182. Ait VI. Esse principium proprium; quia distinguuntur ius naturale ab omni non naturali; & quidem à jure positivo divino; quia hoc præprimis pro fine respicit felicitatem indebitam supernaturalem, cum econtra principium P. Schma: zit

P. obat sex- felicitatem astruat naturalem simpliciter naturæ rationali propriam ad necessarium; dò ius positivum divinum pro principio respicit amorem devotionis, benevolentia. Et e. naturæ viribus altiorem; cum econtra sententia Clar. hujus Authoris pro principio ponat amorem non qualemcumque beneficentiae, sed amo-

Quia dif- rem iustitia, hoc est naturaliter delitum, & in exigentia naturæ a jure fundatum; Utide leges naturales, proprie loquendo, posteriora sunt immutabiles. Distinguunt præterea idem principium ius naturalis & ius civile à jure humano tum gentium, tum civili, imo per hoc, mano.

quod ambo posteriora habeant quidem pro fine felicitatem, creature rationali propriam, sed non simpliciter, quia solum ad melius esse vel societas humana, vel Republicæ dò quia fundatur in ultroneo amore beneficentia murus, necessario qui-

(t) Loc. cit. fol. 633. & seqq.

dem, sed suo modo, scilicet ad incrementatum debitæ felicitatis.

183. Ait denique VII. Esse principium *adæquatum*; e quod *Probat sequens* objecta seu præcepta juris naturæ sub illo tanquam *ptimo esse* axiome communi sint comprehensa. Ita Clar. hic Author, *principium* qui etiam pro se adducit effatum *S. Ambrosii* (u) qui ait: *Lex adæqua-*
naturalis tres habet partes, cujus prima hac est, ut agnitus bo-
noretur Creator, nec ejus Majestas alicui creaturarum deputetur.
Secunda pars est moralis, ut bene vivatur modestia gubernante. Effatum S.
Tertia pars docibilis, ut notitia Creatoris DEI, & exempla Ambrosii.
morum ceteris tradantur. Ita S. Doctor, ex cuius verbis P. Schwarz principij à se adstructi sufficientiam probari putat, e quod tres illæ partes juris naturalis, à S. Ambrosio insinuatæ, ex illo erui possint. Cæterum hic Author pluribus adhuc argumentis opinionem suam confirmat, quæ tamen brevitatis studio hic recebere omittimus, & ad observationes circa sententias de amore, ut juris naturalis principio, hucusque explicatas convertimur. Itaque

184. In opinione Heineccii præprimis displicet, quod contra communem iure naturæ quatuor amoris & officiorum exinde descendentium genera distinguat, cum tamen „ non nisi „ triplicis generis entia hominem circumstent, quibus hujus „ modi officia jure naturæ debita præstare fas est, nempe „ Deus ut Author naturæ; nos ipsi, qui nobis utique pro- „ ximi, * & alii homines natura æquales; adeoque ab hoc „ triplici termino hæc officia triplicis quoque sunt generis, Animad- „ hoc est, officia DEO, nobis, & proximis debita, seu ex versiones „ obligatione naturæ legibus conformanda. „ Clar. P. Schwarz ad senten- (w) quod autem regulam illam attinet, qua jubetur, non ab triam Heineccii. triam Heineccii nobis imperfectioribus, neutiquam ex ea licet in- ferre obligationem quamdam naturalem ad illarum amorem, aut officia, sed hoc ipsum præceptum, ne Creatorem per creaturarum inferiorum abusum offendamus, sub officiis DEO debitæ comprehenditur. Displicet II. Quod Heineccius amorem erga creaturas inferiores minus proprie vocet amorem R. 3 bene-

(u) In Epist. ad Rom. cap. 5.

* Juxta illud apud Terentium: *proximus sum egom mibi.*

(w) Loc. cit. fol. 599.

benevolentia; nam juxta communem Ethicorum *amor benevolentia* est, quo alteri bonum volumus *illius gratia*; qui amor si sit *mutuus*, dicitur *amor amicitia*. Hæc de opinione Heinrichii.

185. Quoad reliquias duas sententias Alefii scilicet & P. Schwarz si prior sub amore proximi amorem etiam sui ipsius comprehensum velit, ut supponimus (nemo enim proximior quam quilibet sibi meti ipsi) tunc advertimus, in iis quidem ipsissimam veritatem dici quoad hoc, quod omnia alia præcepta naturalia ad amorem DEI, sui, & proximi revocari valent; quia tamen amor ipsem est Lex naturæ, hinc principio cognoscendi omnes leges juris naturæ adstrui non possunt; non enim esset principium *unicum*; eo quod pro ipsa *lege Alefii & P. amoris* cognoscenda aliud adhuc principium, seu indicium in Schwarzii. quirere oporteret; nec videtur sufficere responsio Clar. P. Schwarzii supra data, quod scilicet amor sit indistinctus à fine, seu felicitate formalis, in ipsa fruitione pacis cum DEO, secum ipso, & proximo, consistente, & consequenter sicut ipsem finis sit intentus propter se, ita & amor. Nam contra est:

Cum hæc ipsa felicitas, per voluntatem DEI nobis præfixa, sit etiam jure naturæ præcepta, ut concedit ipsem P. Schwarz, (x) recurrat eadem quæstio, quodnam sit principium hujus ipsius felicitatis tanquam præcepti juris naturæ? nec relevat alterum, quod idem Author addit; amorem nempe, consideratum etiam ut medium tantum ad prædictam felicitatem, non tamen tamen *principii primi* mereri, eo quod propter *convenientiam immediatam* sit medium *fundamentale & universale*, adeo-

Dua re- que præceptum ut *principium*, ex quo cæteræ leges, in eodem sponsones amore fundatae, deducendæ sint, tanquam ex fundamento pri- P. Schwar- mo cognoscenda legis naturalis. Nam contra est, quod nulla- zii minus tenus abnuamus; omnia quidem reliqua præcepta naturalia, relevantes ad amorem DEI, sui, & proximi revocari posse; cum autem videntur ipsem hic amor, quomodounque demum consideratus similiiter sit præceptum juris naturæ, ut dictum est, aliud sane principium ejusdem cognoscendi, & ab eo distinctum, assi- gnare oportet; cum pro principio cognoscendi legem ipsa Lex ponit non valeat.

186. Ad-

(x) Loc. cit. fol. 619.

186. Advertimus ulterius, quod, licet certum sit dari legem amoris, in quaestione tamen maneat, ex quo indicio cognoscamus, hanc legem naturae nobis impositam esse, aut eam hic & nunc obligare. Advertimus demum cum Clar. P. Desing. (*y*) in multis casibus dubitationes oriri, an, & ad quid obstrin-
gat charitas, quibus tamen pluries satisfieri non potest, nisi aliud principium amore prius, adstruatur; ergo amor nec est principium primum, nec unicum, nec evidens; alioquin enim sufficeret ad ambiguitates hujusmodi tollendas. Ut autem postrem hujus animadversionis veritas eo clarius pateat, exemplis eam robore oportet tam ex amore Dei, quam *sui* & *proximi* petitis; & quidem *imo* quoad amorem Dei, sola verba Christi sufficient, ex quibus constat, esse homines, qui etiam, cum interficerint alios, arbitrantur obsequium se pra-
bare Deo; (*z*) quod tamen obsequium, cum ex mera chari-
tate profluxisse autument, ab ipso charitatis Authore reproba-
tur. De amore *sui ipsius*, non est, quod commemoremus; pleni enim sunt Ascetarum libri, tum rationibus, tum exemplis, quibus docemur, & admonemur, ne incauti nos ipsos decipiamus, & loco amoris *veri*, jurique naturali conformis, *spurium* quemdam, eidemque juri refragantem, velut serpen-
tem in sinu foveamus. Quoad amorem *proximi* vero, hic, ut notum est, non unius, sed duplicis, & quidem invicem contrarii generis est; unus enim *verus* est, ac *sincerus*; alter vero *spurius*, quorum inter se discrimin invenire subinde ne-
scimus, sine alio principio, & consequenter tunc in periculo ver-
samur, *spurium* illum pra*re* *vero* ac genuino amore eligendi, & sic juri naturae prorsus adversa committendi. Sic (ut magis ad particularia descendamus) casum ponimus, quo quis prox-
imum in gravi necessitate constitutum sciens, ad eidem succur-
rendum lege charitatis se quidem urgeri sentit, pressus tamen in-
opia legem illam adimplere nequit, quid proin sibi faciendum Proponi-
sit, deliberans, variisque indigentiam illam relevandi vias ten-
tans, ita secum ipso ratiocinatur: „ Per legem naturae prox-
imum amare jubeor: ergo in gravi hac necessitate constitu-
„ tum adjuvare teneor: aliter autem huic mandato pro hic &
„ nunc

*Animad-
vercio
Secunda.*

*Animad-
vercio
Tertia.*

(y) In Larv. detract. cap. 5: Them. XX. Num. 2.

(z) Joan. 10. v. 2.

„ nunc morem gerere nequeo , nisi alteri , quem opulentum
 „ esse novi , quidquam de superfluis auferam , atque hoc sal-
 „ tem modo , gravem illam proximi necessitatem tollam , aut
 „ minuam : vel si etiam in hoc calu strictam obligationem na-
 „ tura mihi non imponat ; faltem non erit illicitum , dicit
 „ cuidam aliquid surripere , & vel hac ratione proximo succur-
 „ rere . „ Jam querimus , an discursus ejusmodi secundem
 jus naturæ concludat , respondebis certe , quod non : cum ne-
 mini gravi solum necessitate presso , etiam , ut sibi meti ipsi suc-
 currat , furari liceat ; eo quod opinio contraria * jam dudum
 ab Innocentio XI. sit proscripta . Atqui reponimus nos , amor
 proximi juxta te est principium cognoscendi juris naturæ ; ergo
 deberet etiam esse tale in casu substrato . Cùm igitur , ut
 vides , ex illo in memorato casu & ei similibus , præceptum
 juris naturæ cognosci non valeat , pro juris ejusdem principio
 statui non posse videtur .

*Proponi-
tur aliis
casus ex
collisione
amoris
erga Pa-
triā &
erga pri-
vatum.*

187. Aliud exemplum subministrat collisio amoris erga Patriam , seu Rem publicam , & erga privatum , pro quo fin- gamus casum sequentem . Nonnemo contra Patriam medita- tur facinus quoddam perniciosissimum ; hoc illum moliri , præ- tèr unicum , nulli cognitum est . Hic secum ita discurrit . „ Ordō Charitatis amorem Patriæ præponit amori cuiuslibet
 „ privati , quem tamen Auctoritate privata perfimere alioquin
 „ jure naturæ prohibitum est ; & tamen alia via imminentem
 „ Patriæ ruinam prævertere non possum , nisi eum occidendo .
 „ Cum igitur ordinem illum Charitatis , à jure naturæ consti-
 „ tutum inverttere non liceat nisi aliunde , & per aliud præce-
 „ ptum naturale in casu aliquo particulari id intimetur ; in præ-
 „ senti etiam discrimine amor Patriæ prævaleat necesse est amo-
 „ ri hujus hominis privati , illumque è medio tollere jure na-
 „ turæ mihi fas erit , ut patriæ necessitatibus consulam , & im-
 „ pendentia gravissima mala ab illa avertam . „ En ! Con-
 „ silium juri naturæ indubitanter adversum , & ex eo præcise
 oriundum , quod ejusmodi homo ad principium aliud non re-
 spexerit , ex quo differentiam inter andrem verum & spurium
 cogno-

* Est interf propositiones ab hoc Pontifice damnatas ordine 36. quæ sic
 sonat : *permittunt est furari , non solum in extrema necessitate , sed etiam
 in gravi,*

cognoscere potuerit; amor igitur non est principium illud, quod hic investigamus.

188. Ne vero putas casibus solum fictis & rarissimam animadversionem nostram concludi, pro ejusdem stabilitate quotidiana etiam experientiam adducimus, qua videamus parentes per sepe spuriis liberorum amore obsecratos, plurima iis indulgere, quae recte rationi consentanea credunt, res ipsa tamen vero ac sincero, amori & consequenter juri naturae refragantur; eadem experientia docetur, non paucos liberios suffragare suam cum altero sexu conversationem ex naturalis cuiusdam nec dishonesti amoris specie proficiendi putare; cum tamen quotidiana revera spurius & sensualis amor lateat, a quo decipiuntur, experientia illud aurei libelli de imitat. Christi: *sape videtur esse tua caritas, & est magis carnalitas.* Unde autem haec mala proveniunt, nisi quod ad discernendum amorem genuinum à spuriō, sincerum ab adulterato, & legitimū ab illegitimo alio fundamento ac principio, quod memoratum triplicem amorem præcedat, opus sit, ad quod velut ad lydium lapidem in ejusmodi perplexitatibus recurratur? Ceterum quamquam ob rationes hucusque allatas amorem non ut principium primum & Conclusivum cognoscendi juris naturae admittendum esse censeamus, bujus maius tamen ostendemus, quantum in addiscendo jure naturae sententia Clar. P. Schwarzi utilitatem præstet, dum post mentem nostram, circa principale in hoc opere questionatum, declarata, quedam comprincipia & alia adminicula statuemus, ex quibus objecta juris naturalis determinari queant.

§. XVIII.

An principium cognoscendi juris naturae sit essentia humana, independenter, & ante DEI voluntatem spectata?

189. **A**ffirmativam hic tenere videtur per illustris D. Christopherus Wolfius; (a) ponit enim regulam actionum humanarum solam essentiam & naturam humanam ac Wolfius.

S

deter-

(a) In sua philos. pract. & jure nat. pluribus f. g.

determinationes tam barum, quam omnium rerum ad actionem humanam concurrentium. Ne vero auctofo Authori videamus hanc sententiam affingere velle, ejusdem propria verba e libris citatis excerpta hic dabimus.

190. Dicit igitur (b) „lex naturæ ponitur posita hominis rerumque naturæ atque essentia (c) & ejus obligatio rationem sufficientem in ipsa hominis rerumque essentia atque natura habet. (d) quamobrem etiam Atheus neget dari Deum, non tamen ideo negare potest, hanc esse hominis essentiam, quam independenter à cognitione Dei cognoscimus. Admittere igitur tenetur legem naturæ, stante hypothesis impia, consequenter lex naturæ subsistit etiam in hypothesis impossibili Athiei. „Rursus ait (e) „lex naturalis est, quæ rationem sufficientem in ipsa hominis rerumdem formam que essentia ac natura habet. Item (f) posita hominis relata ex ratione rerumque naturæ atque essentia, ponitur lex naturæ, consequenter ipsa essentia & natura hominis rerumque lex naturæ scriptis decepta. Denuo, (g) quoniam lex naturæ rationem sufficientem in ipsa hominis rerumque essentia atque natura agnoscit: per rationem autem sufficientem intelligitur, cur quid sic potius quam non sit: & lex in genere præscribit modum determinandi actiones liberas: per ea, quæ ad essentiam atque naturam hominis rerumque pertinent, seu quæ homini rebusque per essentiam atque naturam insunt, intelligitur, cur actiones liberae hoc modo sint determinandæ, quemadmodum vult lex naturæ. „Subjungit: „Ecce tibi fontem, unde derivatur lex naturæ: ad quem recurrendum, si certam ejus cognitionem haurire velis. *De-* *mum* (b) ait: „constat ex parte prima philosophiarum practicæ universalis, obligationem naturalem, quæ ex ipsa essentia atque natura hominis resultat, distinguendam esse ab ea, quæ venit à voluntate divina. Etsi enim Deus Author sit legis naturæ, ac hominem ad legem naturæ servandam obliget; non tamen hoc obstat, quo minus lex naturæ & obli-

„gatio

(b) Cfr. prima pars phil. pract. §. 245.

(c) Ibidem §. 136.

(d) §. 143.

... (e) §. 135.

(f) §. 136. (g) §. 137.

(h) Jur. nat. p. 1. §. 1422. in notis f. m. 742.

„ gatio naturalis, sine qua illa concipi nequit, rationem sufficien-
„ tem in ipsa natura & essentia hominis agnoscat, ita ut
„ homo se obligatum agnoscere debeat, ad legem naturæ ser-
„ vandam, etiamsi per impossibile ponatur Deum parum cur-
„ rare, utrum eam servemus nec ne. „ Ita D. *Wolfius*, ex
cujus verbis utique colligitur, quod juxta ipsum, ut supra dicitur,
essentia & natura humana earumque omnium rerum ad
actionem humanam concurrentium determinationes, independen-
ter & ante Dei voluntatem spectata, sint regula actionum hu-
manarum moralium, seu principium juris naturæ.

191. Diximus porro superius, *videri* nobis hanc esse mentem per illustris Authoris hujus; ut enim per decursum patet, difficillimum est, genuinè, & secundum intentionem ejusdem, principium ab eo positum interpretari. Interim tamen procedemus secundum ejus verba, & præprimis hypothesibus quibusdam positis, ostendemus, quo sensu sententia *Wolfii* ad *Explican-*
mitti possit, vel reprobari debeat. Ut autem ordinatus hoc tur terminat, initium ducemus ab explicatione terminorum ab illo ad nisi d. *D.*
hibitorum, ut sciatur quidnam intelligat, per *essentiam*, non *Wolfio* in
naturam, ac *determinationes*; pro quo clarius præstanto, exemplum ponimus in homine, cuius *essentia* est illa ratio aut vis, *ria usitati-*
qua est, quam scholæ nostræ vocant etiam *principium* quod
essendi; sive est ipsum ejus esse ac existere corpore & anima. *Natura* est principium operandi, seu illa vis ac ratio, qua homo præter existendum potens est ad operandum. *Determinationes* sunt limitationes certæ ac necessarie, quas *essentia* ac *natura* nunquam possunt egredi; ita ut propter eas homo sic & non aliter sit, sic & non aliter operetur; ac præcipue ad certos *fines* & *objecta* constrictus sit; prout patet in intellectu v. g. cuius objectum formale aliud esse nequilt, quam *Verum*; item in voluntate, cuius objectum necessario est *Bonum*, & sic de aliis omnibus cum debita proportione discurrendum est, ita ut neque sint excludendæ omnes illæ res, quæ ad actionem humanam concurrunt; cum & istæ varias determinationes qua- *Prænotan-*
litatis, quantitatis, modi, similitudinis &c. habeant. His explicatis, dum aliud adhuc prænotandum occurrit, quod D. *Wolfius* ponendo quod ex *D* *essentiam* & *naturam* pro regula actionum humanarum, inter *Wolfio*. ambas nec distinctionem realem, nec rationis admittat; ait

enim (t) nec essentia à natura distinguitur, ita, ut per naturam nec essentia sola, nec essentia una cùm natura intelligatur; verum illud hic minime spectat; sive enim supponamus essentiam & naturam esse duas res acte distinctas, sive dicamus eas a nostro concipiendi modo separari posse, neutrūm impedit, quo intellectus essentia & natura maneat. Hoc proin omisso

*Doctrina
D. Wolfii
bipartita
est.*

*Pro utra-
que parte
ponuntur
hypoteses.*

192. Aggredimur ipsam per illustris hujus Authoris doctrinam num. præced. isoluatam, quæ in duas partes commode dispisci potest; quarum prima dicit, quod *regula humana* actionum sit *ipsa essentia & natura humana*, earumque ac omnium rerum ad eadem *actiones humanae concurrentium determinaciones*: altera vero addit, quod dicta essentia & natura &c. sint talis regula, *independenter & ante Dei voluntatem spectata*, pro utraque parte, ut supra præmisimus, quasdam ponemus hypotheses, discussuri postmodum, in quanam earum præfata regula tanquam vera possit admitti. Incipiendo igitur à prima parte, tres ejusmodi hypotheses ponî valent; quarum prima est, si essentia & natura humana nude, & absque suis determinationibus, considerentur, & sic acceptæ, pro regula seu principio cognoscendi juris naturæ statuantur, in ordine ad *actiones humanas*. Secunda est, si dicatur, *ipsas determinaciones essentiae & naturæ humanae* primam illam regulam esse; sed regulantem tantum, non vero regulatam: ita nimur, ut illas *determinationes essentiae & naturæ* determinent, ab his vero sic regulatis ac determinatis, *actiones humanæ* non regulentur. Tertia est, si essentia & natura humana sumantur ut conjunctæ cum suis *determinationibus*, imo ut illis subjectæ, & ab iisdem regulatæ, ac ita quidem, ut supponatur, per *determinationes* illas nihil aliud indicari, quam leges ac necessitates ab ente aliquo priore constitutas; quidquid demum per ens illud prius intelligatur.

*D. Wolfii
Regula se-
cundum by-
potesis*

193. Quodsi porro regula D. Wolfii secundum primam hypothesis concepta sit, certo certius ejus doctrina rejicienda est; nam essentia humana absque determinationibus suis considerata, nulla ratione talis regula esse potest; vel enim esset regulans

(e) Phil. pract. par. 1. §. 136.

regulans seu determinans, & non regulans; vel esset regulans primaria quidem, sed jam ab alio regulata, seu determinata? primum conceptum dictum non potest; aliorum enim essentia humana esset regula pri- non sub- ma, quod idem foret, ac de illa dicere, esse ens illimitatum, sit. & consequenter vel *Deum* vel *quid indeterminatum*, quorum neutrum conceipi posse in proprio est. Alterum pariter, quod nempe essentia humana esset regula secunda, seu regulans qui- dem, ita tamē ut aliunde jam esset regulata, seu determinata, & que dici non potest; cum praeprimum in terminis implicet, essentiam humanam esse regulatam, seu determinatam, & tamē fappont absque determinationibus satis esse. Deit: quia ratione in hac hypothese essentia humana dici posset regulans seu deter- minans; cum ipsamnet supponatur *indeterminata* & regulare in- diga? quodsi D. *Wolfius* in statuenda sua regula hypothesin al- teram fors amplexus esset, & que parum doctrinæ suæ consueta- esset; cum enim in ea postulatur *determinationes* illas esse *primum dicendum regulam* actiones humanas regulantem quidem, sed non ab alio est de altera regulantem, noecessario sequi videtur, eas esse à se; quod con- cesso admittere cogeretur aliquid esse *primum omnium deter- minans*. sed non *determinatum* & tamen non esse *Deum*, siue non esse *primum omnium*.

194. Tertiam hypothesin quod concernit, si D. *Wolfius* *Eadem re-* ad illam respexit, sine periculo potest regula ab ipso posita te- gula *Wol- fiana* secun- deri; sic enim *essentia ac natura humana* earumque *determi- nationes* sunt tantum *regula secunda*, utpote regulata per ens il- lum prius, à quo, ceu regula prima, *determinationes* illæ ad tiam hypo- certos fines & objecta &c. proveniunt. Quodsi porro queras, tbesin fine quidnam sit eas illud prius *determinans*, vel quo nomine veniat? periculo respondemus, pro hic & nunc sufficere, si sciamus illud esse teneri po- regulam necessariam, cui per *determinationes* illas *essentia ac test.* natura humana cum suis actionibus subjiciuntur; ex quo deinde sponte fluit, illud ipsum esse superius, ac dominium habere non tantum essentiae humanæ, sed quarumlibet etiam rerum alia- rum.

195. Altera pars regulæ *Wolfianæ* dicit, *essentiam & na- turam humanam*, esse tale principium seu regulam *indepen- dentem & ante Dei voluntatem spectantem*. Circa hanc partem rite caueandam plures denuo ponendas sunt hypotheses. Vel

Quondam enim (1) essentia, natura &c. hic ita sumuntur, ut supponantur esse determinatae à seipso, ac nullius entis superioris manu regula dato subjectæ; vel (2) ita, ut quidem aliquo modo à voluntate Dei dependeant, sed non omni modo? vel (3) demum ita, ut essentia & natura humana &c. sola dicenda sit lex naturalis; voluntas autem Dei sola vocari debeat lex divina, ita ut essentia humana sit regula prima in ordine naturali, voluntas autem Dei sit prima in ordine supernaturali tantum? in prima hypothesi D. Wolfius absque dubio locutus non fuit; sic

In quarum enim ejusdem sententia aperte falsa esset, quia statueret essentiam humanam à se ipsa determinatam, & consequenter ens eterna Wol. summum esse, & tamen supponeret esse determinatam ab alio fii est aperente superiore, quia est ens creatum; quæ utique admitti non possunt. Quodlibet præfatus Author intelligi velit in altera hypothesi, tunc ut ipsius doctrina tolerari possit, duas necessario voluntates distinctas in Deo statuere oportet; primam scilicet & secundam; ita ut per illam intelligatur præceptio Dei, qua essentiam humanam sic esse voluit, ut intellectus, voluntas, ceteraque facultates ejus certos & immutabiles limites haberent;

In altera per hanc vero seu voluntatem secundam, & quoad nos posteriorē intelligatur præceptio Dei, quæ fertur in essentiam humanam in Deo manam, per primam suam voluntatem jam determinatam seu voluntates regulatam; quæ præceptio dicitur lex divini positiva, à qua distinguere lex naturæ potest abstrahere; quia talis voluntas secunda supponit essentiam humanam jam determinatam; à prima vero voluntate eadem lex naturæ abstrahere non potest; quia ab hac tanquam à regula superiori, cui subordinatur, essentialiter dependet; subordinatum enim sine subordinante, utpote conceptum ejus ingrediente, concipi non potest. Quamvis autem dixerimus legem naturæ à memorata secunda Dei voluntate posse abstrahere, non tamen exinde sequitur, per legem eandem nos non obligari ad servandam legem divinam positivam; eum enim voluntas Dei prima dicitur lex divina naturalis,

Quæ duæ tantum primæ formantur ac rectrix naturæ, & quæ Deus voluntates sentiam nostram servam constituit imperii sui primi, non potuit bic explicari; nos à voluntate sua secunda, seu lege positiva servanda, excantur. inquit; alioquin eam cessaremus esse servi voluntatis sue primæ, per quam naturaliter obligamur, ad obedientiam mandatis ejus quibuscunque, consequenter & legi ejus positiva. du-

modo cogniti. Néco proin solum lex naturæ à secundâ Dei voluntate, seu lege positiva divina, potest abstrahere, quia in natura humana simpliciter considerata & per actum voluntatis Dei prima regulata, reperitur quidem sufficiens ratio, cur actus secundæ voluntatis possit existere; non autem quod actu extet, vel extet debeat.

196. Ceterum quoad memoratam hypothesis alteram pro- Si D. Wolbe notandum est, quodsi D. Wolfius, statuens jus naturale in- fuis in se- dependens esse à voluntate divina, secundum eandem intelligi cunda b- velit, non solum potuisse, sed etiam debuisse, & quidem non potuisse in- semel tantum, sed sapientius inculcare, sé per sententiam suam telligi ve- non voluisse, quod essentia humana sit regula seu principium lit, ejus juris naturæ, ut simpliciter independens à voluntate Dei, sed sententia cum restrictione: ut independens à voluntate Dei secunda, seu periculosa à lege positivâ divina; aliter enim ejus doctrina periculosa est est, nisi intellectibus inservis; qui ita nudo illam accipientes, facile in certa re- retrorem induci possunt, opinando, plus in hoc passu tribuen- strictio ac- dum esse humanae essentiae à Deo abstracta, quam voluntati cedat. Dei. Similiter oportuisset, ut idem D. Author clarius mentem suam explicasset, dum bonitatem actionis humanæ in ipsa es- sentia ac natura hominis independenter à voluntate Dei sim- pliciter reponit, * affliritque, hominem ex ipsa essentia sua, Debuisse independenter etiam à voluntate Dei obligari ad officia erga etiam cla- Deum; quamvis enim hec cum veritate dici possint indepen- rius loqui denter à voluntate Dei secunda; neutquam tamen vera sunt de bonitate independenter à voluntate Dei prima. Rursus: quamquam actionum Bonitas actionis humanæ, & obligatio ad officia in Deum, fun- intrinseca damentalis seu radicalis, recte dici possit independens à volun- ne simile tate Dei; secus tamen discurrendum est de bonitate & obliga- periculum tione hujusmodi formalis. Recole quæ de hoc alibi (k) dixi- subeffet.

(k) Num. 28.

* Nemo non vider, ait, nos hic philosophari de actionibus, quatenus spe- Etantur tanquam actiones liberae hominis citra respectum ad superiorem, cuius potestati subjectus est homo - - - probe autem hæc nostra ve- niunt, ne circa bonitatem intrinsecam actionum bareat, qui prejudiciis occuparum tenet animum, Et ut intrinseca bonitatis demonstranda prin- cipa suppetant. Philos. pract. p. 1. §. 103. in nosis

mus, ubi explicavimus, in quo sensu verum sit, aliquos actus esse *intrinsecem* bonos vel malos. *

Ostenditur ex alio 197. Quod porro lubrica sit & periculo errandi obnoxia illa doctrina D. *Wolfii*, de obligatione ad officia in DEUM, quoque *ca-independentem à voluntate DEI*, ulterius ostendimus in hunc pite *de ctri-modum*: ait Vir illustris (t) „ etsi DEUS Author sit legis nam D. „ turæ, ac hominem ad legem naturalem servandam obliget; *Wolfii esse* „ non tamen hoc obstat, quo minus lex naturæ & obligatio *pericula-* „ naturalis, sine qua illa concipi nequit, rationem sufficientem *sem,* „ in ipsa natura, & essentia hominis agnoscat, ita, ut homo „ se obligatum agnoscere debeat, ad legem naturæ ser- „ vandam, etiamsi per impossibile ponatur, DEUM pa- „ rum curare, utrum eam servemus, nec ne. „ Confor- miter his verbis ita discurrimus: si verum esset, quod lex na- turæ obligaret, & si DEUS per hypothesisim impossibilem parum curaret, an eam servemus nec ne, tunc daretur aliquod im- possibile; cum enim impossibile sit dari aliquam obligationem naturalem sine obligante, DEUS autem solus obligationem il- qui aliquod lam naturalem imponere possit, & actu imponat, quia ipse impossibile. solus esse potest, & est Author legis naturæ, prout ipse D. *Wolfius* fatetur, manifeste sequitur, dari tunc aliquod impo- sibile, scilicet obligationem naturalem sine obligante (suppo- nitur enim in hypothesisi Wolfii, DEUM tunc obligare nolle) nisi rationem illam sufficientem obligandi in ipsa natura & essen- tia hominis, juxta D. *Wolfium*, repartam, dicamus mere fundamentalē, seu radicalem, fundantem scilicet obliga- tionem itidem solum radicalem; quatenus nempe ipsa essentia homi-

* De Bonitate ac militia fundamentali locutus est etiam Hugo Grotius de J. B. & P. Lib. I. cap I. §. X dum ait: *Actus de quibus tale estre dictarum (rationis) debiti sunt, aut illiciti per se, atque ideo à DEO necessario precepit, aut veriti intelliguntur, qua nota distat hoc ius (na- turale) non ab humano tantum jure, sed & à Divino voluntario (positivo) quod non ea præcipit aut verat, qua per se ac suę natura (fundamen- taliter) aut debita sunt aut illicita, sed verando illicita (formaliter) præcipiendo debita (formaliter) facit.* Ita Grotius, qui proin immen-rito reprehenditur à Pufendorfio de J. N. & G. Lib. II. cap. III. §. IV. quasi docuisse, bonitatem aut malitiam formalem actibus intrinsecam esse.

(1) Jur. Nat. part. I. cap. 4. §. 112. in nodis.

hominis exigit, ut aliqua per *primam* DEI voluntatem ei praecipientur, alia vero prohibeantur, & sic inducatur obligatio ad legem naturae *formalis*; alioquin enim hypothesis Woliana destrueret scipsem; quia juxta dicta necessario in ea supponi deberet, DEUM simul velle, & non velle tunc obligare.

198. Rursus: obligatio ad servandam legem naturae *independenter à DEI voluntate*, si nude sumatur & sine restrictione na D. Wolmox insinuata, imbecillem intellectum facile posset in errorem deducere, putando, peccatum contra legem naturae, non esse peccatum contra DEUM, quid enim prohibit, quin secum ratiocinetur in hunc modum? Lex naturae me obligat independenter à voluntate DEI; ergo DEUS non vult me obligare; contra legem naturae igitur contra legem peccem, contraveniendo obligationi per eam mihi impositae, non tamen eo ipso pecco contra DEUM, quia nihil ago contra obligationem, ab eo mihi injunctam. Quodsi huic objicias, legem naturae à voluntate quidem DEI esse independentem, eidem tamen voluntati congruam esse atque convenientem; incunctanter respondere poterit, *nudam convenientiam* legis cum voluntate DEI non inducere necessitatem *parendi DEO*; ubi autem non est necessitas parendi, ibi etiam non esse rationem judicandi DEUM fuisse offensum; cum offensa sine inobedientia non detur. Unde merito Alexander VIII. 24. Augusti anno 1690. proscriptis hanc propositionem: *Peccatum philosophicum, seu morale, est actus humanus disconveniens naturae rationali & rationi. Theologicum vero, & mortale, est transgressio libera divinae legis. Philosophicum quantumvis grave, in illo, qui DEUM vel ignorat, vel de DEO actu non cogitat, est grave peccatum, sed non est offensa DEI, neque peccatum mortale dissolvens amicitiam DEI, neque aeterna pæna dignum.*

199. Tertiam hypothesis, quam supra circa secundam Si in tertia partem Regulae Wolfianae statuimus, quod attinet; si per ilustris Author in eo sensu *essentiam & naturam humanam*, D. Wolfius *independenter à voluntate DEI*, principium & regulam juris naturae constitutat, id unum sufficit, ut explicemus terminos hic occurentes, corumque significationem ad modum loquendi antiquitus usitatum reducamus, prout bene advertit T. Clar.

catio ne- Clar. P. *Desing*, qui etiam explicationem illam subministrat ita
cessaria est; scribens: „*Naturale haec tenus diximus omne illud, quod*
 „*fluit secundum ordinem creaturarum, prima Creatrice DEI*
 „*voluntate const tutum: à quo ordine DEUS non excludetur,*
 „*neque excludi vel abstrahi hic ordo à DEO potest; quia*
 „*DEUS est hujus ordinis principium essentiale; principiatum*
 „*autem tale, à principio tali non potest abstrahi, quia pri-*
 „*mum continetur in conceptu secundi qua secundi. Tali mo-*
 „*do voluntas prima DEI determinatrix ordinis hujus, est vere*
Quam sub- „*naturalis Lex divina absolute prima. - - - Supernaturale*
ministrat „*solemus dicere id, quod in illo ordine primitus per DEUM*
Clariss. P. „*constituto, non continetur, sed secundo DEI decreto im-*
Defing. „*peratur, & fit extra ordinem, ita ut ad secundum imperium*
 „*manifestandum, aut exequendum utatur ordine creato pri-*
 „*mo tanquam instrumento, medio &c. Ita Clar. hic Au-*
 „*thor (m) qui simul exemplis hæc sua dicta loc. cit. illustrat.*
 „*Unde patet, neque in tertia hac hypothesi Regulam Wolfia-*
 „*nam subsistere.*

Alia ani-
madverfio
circa do-
ctrinam
Wolfia-
nam,

in qua re-
cen/entur
plures con-
tradicio-

200. Cæterum adhuc plura, circa doctrinam D. Wolfii
 de principio juris naturæ, animadvertenda occurunt, quæ
 sibi neutiquam cohærere videntur. Sic I. (n) ait, *obligationis*
naturalis Author DEUS est. Item (o) quod DEUS Author sit
legis naturæ, ac hominem ad legem naturæ servandam obliget.
 Quomodo autem ista concordant cum eo, quod velit legem
 naturæ, & obligationem naturalem sufficientem rationem ha-
 bere in ipsa essentia humana *independenter à voluntate DEI?*
 quia ratione dici potest, hominem obligari à DEO ad servan-
 dam legem naturæ, & tamen obligari *independenter à volun-*
tate DEI ex ipsa sua essentia? nunquid hæc sibi aperte adver-
 santur? quodsi D. Wolfius respondeat, antinomiam hanc evi-
 tari posse dicendo, *obligationis naturalis Authorem esse DEum;*
in quantum Author est essentia huminæ, quæ est ipsa illa obligatio
naturalis, denuo sibi videtur contradicere, cùm enim alibi (p)
 dicat, se philosophari in hæc materia de actionibus, quatenus
 spectan-

(m) In larv. detract. cap. XVI. them. IV. num. 10. & seq.

(n) Cit. p. 1. phil. pract. §. 275.

(o) In prima part. J. N. §. 1122. in notis.

(p) Vide * num. 195.

spectantur circa respectum ad superiorem, nempe DEUM, nes in do-imperceptibile sene videtur, quomodo possint combinari: Ob hinc ligatio legis naturalis est ipsa essentia humana, ut à DEO pro-Wolfii reducita, &: obligatio legis naturalis datur sine respectu ad DEum? perta. certe nihil aliud ex hac doctrina reluntat, quam hæc propositio impossibilis: *Essentia hominis, quæ est ipsa obligatio naturalis, tanquam excludens DEUM, & independens ab ipso, tanquam superiore, oritur ab Autore DEO.*

201. Ab hac difficultate cum D. Wolfius per suum principium se expedire non posse adverteret (nam ex eo, quod in dependentiam à DEO statuat, non potest insimul dependentiam à D. Wolfi; DEO erui) alium loquendi modum, non quidem ex suo principio Juris naturæ, sed aliunde petitum excogitavit, quo præfata difficultati obviaret; cum enim dixisset: (q) *DEUS legem naturæ hominibus tulit, subiungit: Atque adeo patet, DEO non adimi potestatem legislatoris, utut Lex naturæ à naturæ & essentia humana rerumque derivetur; hoc enim non obstante agnoscere debemus, DEUM nobis tulisse eam legem, quam naturalem appellamus.* Ast nec istud effugium, ut consideranti pater, difficultatem tollit; semper enim verum manet, quod in sistmate Wolfiano detur obligatio naturalis sine respectu ad DEI voluntatem, & quod tamen *DEUS Autem fit legis naturæ, ac hominem ad illam servandam obliget.* Dein: si quæramus ex D. Wolfio, quare non adimatur DEO potestas legislatoris ex eo, quod jus naturæ à naturæ & essentia derivetur? relevare respondet: quia *hoc non obstante agnoscere debemus, DEUM ostenditur. nobis tulisse eam legem:* quodsi ulterius quæramus, quare hoc debeamus agnoscere? pro responso silentium reportamus; quia scilicet nil ei suppetit, quo factam sibi instantiam dissolvat, quod nempe ex sua doctrina sequatur, legem naturæ haberi independenter à voluntate DEI, & simul ab eadem dependere. Verum ut adhuc enucleatus pateat, per istud effugium difficultatem D. Wolfio objectam non tolli, paucis nunc ostendemus, eam prius per illud augeri; sic enim denuo quærimus: quando D. Wolfius ait: *Agnoscere debemus DEUM nobis tulisse legem naturalem, vultne per vocabulum debemus indicare obligationem*

T 2

natu-

(q) Cit. I. part. phil. pract. S. 274.

naturalem? responsio procul dubio erit affirmativa. Ast repō
Imo prædi- nimis nos: si daretur obligatio naturalis agnoscendi *DEUM*
etum effu- nobis tulisse legem natura, tunc deberet contineri in ipsa essen-
gum diffi- tia humana, ut *independente à potestate superioris*; quia do-
*cultatem*ctrina Wolfiana omnes obligationes naturales in eadem essen-
magis au- tia, ut *independente*, reponit; atqui in essentia hominis ut in-
get. dependentē à potestate Superioris, obligatio illa naturalis, ag-
 noscendi *DEUM* ut authorem legis natura, non continetur:
 ergo inhārendo doctrinæ Wolfianæ non datur. Minor videtur
 omnino certa; qua ratione enim quis diceret, ex ipsa essentia
 humana, ut *independente à Superiore*, agnosci *debere* potesta-
 tem ejusdem Superioris; cum hoc in terminis implicit? igitur
 prædictum effugiuū difficultatem non minuit, sed auget.

Aliud ejus- 202. Hoc telum ut acutissimus D. Wolfius una cum priori
 denuo à sua doctrina averteret, aliam viam, & quidem, ut ei
 visum est, tutiorem eligere statuit, ita scribens: (r) *Lex na-*
dem effu- *tura est etiam divina*; *quia à DEO obligamur ad servandam*
gium, *legem natura, consequenter ad id, ad quod lege naturali obliga-*
mur; *enimvero si voluntate DEI obligamur ad id, ad quod lege*
naturali obligamur, lex natura simul est lex divina; patet ita-
que legem natura esse etiam legem divinam. Ita Perillust. Wol-
 fius; ubi ante responsum nostram præprimis repetendum est
 id, quod alibi * jam insinuavimus, nempe juxta hunc Autho-
 rem *essentiam humanam ipsam esse legem natura, & consequen-*
ter has propositiones esse convertibiles: *Ipsa essentia humana*
est lex natura; & *Lex natura est ipsa essentia humana.*

in quo du- 203. Ex hoc porro liquet, quod D. Wolfius in præsenti
plicem le- suo effugio duplēm legem natura à duplēi virtute legislativa
gem natu- provenientem statuat, quarum una nimirum sit cum essentia
ra admit- humana identificata, & *independens à voluntate divina*, altera
tere vide- vero per ipsam voluntatem divinam constituta; ita ut haec leges,
tur, quamvis ab invicem distinctæ, in objecto tamen convenient; atque ita mentem suam ipsem̄ Illustris Author pluribus
 in locis explicans sic præterea scribit: (s) *si voluntate DEI*
obliga-

(r) Cit. part. 1. phil. præcl. §. 277.

* Ex prima scilicet parte Philosophiae practicæ §. 135. ubi satetur,
 quod *ipsa essentia & natura hominis, rerumque sit lex naturæ constituta.*

(s) Ibidem §. 150.

obligamur ad id, ad quod lege naturali obligamur, lex naturae
abit in divinam, seu simul est lex divina: &, si voluntate homini
obligamur ad id, ad quod lege naturali obligamur, lex
naturae abit in humanam, seu simul est humana. Et adhuc clari
us (t) „ enim vero minime repugnat, ut DEUS, vel etiam
„ homo, qui nos obligare valet, veit nos ad id esse obligatos,
„ ad quod naturaliter, seu lege naturali (u) consequenter ad
„ quod per ipsam hominis rerumque essentiam atque naturam
„ obligamur. Quamobrem cum lex divina sit, cuius obliga
„ tio à voluntate divina, humana vero, cuius obligatio à vo
„ luntate hominis vel hominum dependet. (w) Lex utique
„ divina simul erit lex naturæ, si ad id, ad quod lege naturali
„ obligamur, obligamur etiam voluntate DEI; & eadem in
„ humanam abit, si ad id, ad quod naturaliter obligamur,
„ etiam voluntate hominis vel hominum plurium obligemur. „
Subjungit dein in nota ad ss. cit. „ Quando autem lex naturæ
„ abit in divinam vel humanam, non ideo definit esse lex na
„ turæ, nec per novam obligationem anterior tollitur, sed
„ naturalis tantummodo obligatio efficitur fortior, quatenus
„ ad motivum actionis committendæ, vel omittendæ ab ipsa
„ hominis rerumque natura sumptum, novum superaccedit,
„ quod inde derivari minime poterat. „ En! duas obligatio
„ natales distinguit, unam qua lege naturali id est ab ipsa
„ essentia nostra obligamur, sine omni voluntate DEI; alteram
verò, qua obligamur à DEO: ergo sensus hujus asserti Wolfiani
necessario debet esse iste: *Quamvis per ipsam essentiam huma
nam eadem essentia humana, sine DEI voluntate, lege naturali sensus hu
manus stringatur, accedit tamen alia lex naturalis, qua divina jus asserti
est, & qua novam obligationem naturalem eidem essentiae hu
mana imponit; quemadmodum lex humana, constituta circa
aliquid, ad quod jam prius per legem naturalem obligati eramus,
novam obligationem supperaddit.* Jam quærimus: placuitne
D. Wolfio essentiam humanam hic sumere ut revera independen
tem à voluntate DEI, vel ut ab ea dependentem? Si prius;
tunc perillustris author loquitur contra suum principium, quo
vult, in lege naturæ, id est, in essentia humana, ut independen
te ab omni superiori, non dari, imo implicate rationem suf
ficien-

prout ipse
met men
tem suam.
variis in
locis decla
rat.

sufficientem dependentia à superiori ; quomodo ergo legi naturæ, cum ipsa essentia, ut independente à voluntate DEI, identificata, supervenire possit alia lex naturæ divina, si in ipsa essentia, sic considerata, non inveniatur, imo implicet ratio sufficiens dependentia à DEO ? quibus adde , quod male sonent Et pluribus illa, quæ D. Wolfius in cit. nota ad §. 149. habet, ubi vult, ostenditur, quod sicut voluntas humana obligans ad aliquid, jam antea illud non jure naturali præceptum, tantum accessoria est, solumque fortiorum reddit obligationem legis naturæ, tanquam se anteriorem, ita similiter voluntas divina nil aliud operetur, quam ut per eam fortior efficiatur lex naturæ illâ anterior.

204. Quod si essentiam humanam sumat ut dependentem à DEI voluntate, tunc ejusmodi ambagibus opus non fuisse videtur ; nam unica propositione omnia complecti potuisset dicendo : *Lex naturæ obligat ad ea, ad qua obligamur ab obligatione ortâ à voluntate DEI.* Dein : quis unquam dixit legem naturalem duplē esse, ac per eam duplē nos obligatione stringi, utia scilicet profluente ab ipsa essentia nostra, & altera à voluntate DEI ortâ ? Certe nec ipsum D. Wolfius sua doctrina id intendisse opinamur, quamvis ejusdem verba contrarium docere videantur ; quid enim denotant ista : *Lex*

*Non datur naturæ est etiam Lex divina, nisi duas leges ? ubi enim agunt lex naturæ duæ distinctæ virtutes legislativæ, necesse pariter est, diversas duplex, nec leges constitui, prout ipsem D. Wolfius agnoscit, dum duplē ob tetur, quod si lex humana obliget ad id, ad quod per legem naturæ jam antea dabatur obligatio, eadem lex naturæ simul sit lex humana : quibus adde, quod illa verba, *lex naturæ est etiam lex divina*, inepta videantur ad unicam tantum legem denotandam ; debuisset enim aliter id exprimi, dicendo v. g. :*

Lex naturæ est ipsa lex divina, prout similiter hic Author, docens, essentiam humanam esse ipsam legem naturæ, non dixit : *Essentia humana est etiam, vel est simul lex naturæ, sed mentem suam aliter expressit dicens, (x) quod ipsa essentia & natura hominis, rerumque sit lex naturæ constituta.*

205. Quodsi D. Wolfius, ut supporimus, non duplē, sed unicam legem naturæ per suam doctrinam intendit, ac per illa

(x) Cit. §. 135.

illa verba: à DEO obligamur ad servandam legem naturæ, non duarum legum simultatem, seu duas leges simul obligantes, sed identitatem duntaxat legis naturalis ac divinæ indicare voluit, denuo redit eadem difficultas superius indicata, quod nempe in doctrina Wolfii lex naturæ habeatur independenter à DEI In doctrina voluntate, & simul ab eadem DEI voluntate dependeat; Si enim D. Wolfii lex naturæ est ipsa essentia humana, prout hæc independens est lex naturæ ab omni Superiore, ut Wolfius docet: si præterea eadem lex est simul naturæ est indistincta à lege divina, qua obligamur ad servandam legem naturæ (prout eundem Authorem re ipsa velle superponimus, ne difficultatibus supra insinuatis implicetur) quis dens à non videt, legem naturæ à voluntate divina pendere? est igitur luntatur in doctrina D. Wolfii lex naturæ dependens, ac simul independenter DEI. pendens à divina voluntate, quidquid denum effugii ab eo ex cogitur. Si vero (quod non credimus) per illa verba: *Lex naturæ simul est lex divina*, duplarem legem naturæ intendat, ita, ut lex naturæ divina ab illa lege naturæ, quam in ipsa essentia humana consistere docet, revera sit distincta, tunc præter difficultates supra dictas, etiam hanc deglutire compellitur, quod hæc ejus propositio, à DEO obligamur ad observandam legem naturæ, reddat hunc sensum: à DEO obligantur essentia & natura nostra, principio ad observandam, sive servandam essentiam ac naturam nostram; D. Wolfii nam lex naturalis juxta Wolfium nihil aliud est, quam ipsa detecta essentia nostra. Hunc autem sensum neque per illustris hic Author, inhærendo suo principio, admittere potest; alioquin enim in essentia nostra sufficientem rationem agnosceret, cur hæc obligatio oriatur à DEO, quam tamen sufficientem rationem eidem essentia inesse negat; eoque eandem essentiam consideret ut identificatam cum lege naturæ, & consequenter ut obligatoriam; sic autem à DEI voluntate juxta ipsum non dependet.

206. Alterum, quod circa doctrinam Wolfianam, de Animadprincipio juris naturæ, animadvertisendum occurrit, est, quod *versio alia velit hominem per legem naturæ obligari, ad representandam circa gloriam DEI*, (prout tum in philosophia sua practica (y) tum cipium ju-

(y) 1. Part. §. 250. 254.

ris naturæ in jure naturæ (z) docet (hæc autem quomodo concordant cum alio illius asserto , quo legis ejusdem (quam dicit cum ipsa essentia humana identificatam) dependentiam à voluntate divina negat ? si enim essentia humana , & eo ipso lex naturæ , supponatur à Woltio independens esse à DEI voluntate , unde oriaretur illa obligatio ad repræsentandam gloriam DEI ? respondet D. Wolfius : (a) à DEO obligamur ad servandam legem naturæ , consequenter ad id , ad quod lege naturali obligamur ; ergo etiam , subinferet , ad repræsentandam gloriam DEI ; quia & hoc est de jure naturæ . Ait incassum hoc effugium , si enim lex naturæ est independens à voluntate DEI ; qua ratione DEus ad illius observantiam obligabit ? Dein : nunquid ipse D. Wolfius de hac repræsentatione gloriæ divinæ serio inculcat diceas . (b) „ Probe autem notandum est , obligationem ad manifestationem gloriæ divinæ hic ex ipsa hominis essentia , atque naturæ sylle deductam , independenter à voluntate Numinis . „ Quomodo autem id concordat cum eo , quod iterato statuit , (c) dicens : obligationis naturalis Author DEus est ; & (d) à DEO obligamur ad servandam legem naturæ , consequenter ad id , ad quod lege naturali obligamur . An non iuxta Woltium obligatio ad manifestandam gloriam divinam , etiam est inter ea , ad quæ lege naturali stringitur ? cur ergo illam excipit , & in sola essentia hominis , independenter à voluntate Numinis , reponit ? Dein : unde probat obligacionem illam naturalem repræsentandi gloriam DEI ? Illud quidem ei difficile probatu non est , quod homo sit aptus , ut ex illius natura DEI gloria appareat ; per hoc tamen nondum ostendit , obligationem aliquam moralem homini ad istud inesse ; neminem enim allegare potest , qui eum ad id obstringat , vel urgeat ; alioquin enim cuilibet etiam culici aut pulvillo obligatio repræsentandi gloriam DEI inesset ; quia & in his aptitudo quædam ad ejusmodi manifestationem reperitur .

D. Wolfius ex suo princpio dedit , dum vult , etiam in hypothesi impossibili , non dari DEUM , ab Atheo tamen non possit (e) existere ut illi non possit fieri (f)

(z) Jur. Nat. I. par. II. 1134. (a) Cit. f. 277. par. II. Philos. pract. (b) f. 250. (c) f. 275. (d) Cit. f. 277. (e) (f)

posse negari existentiam juris naturæ ; dum ait : (e) *Lex natura ponitur posita hominis rerumque natura atque essentia* (f) & ejus obligatio rationem sufficientem in ipsa hominis rerumque essentia atque natura habet. Quamobrem et si Atheus negat dari DEUM, non tamen ideo negare potest, banc esse hominis essentiam, quād independenter à cognitione D.E.I cognoscimus. Admittere igitur tenetur legem naturæ, scilicet hypothesim impia, si nondatur DEUS, consequenter Lex naturæ sufficit etiam in hypothesi impossibili. Ex his verbis patet, quod si Atheus sic argumentaretur : *Non datur DEUS: ergo non datur Lex naturæ, seu obligatio naturalis;* posset socrudum Wolfii principium etiam concessu antecedenti negari consequentia. Verum si Athene instaret, querendo, quomodo possit dari Lex naturæ, posito, quod non detur DEUS ? Si enim, inquiet, non datur DEUS, non datur id, quod in acceptione communi omnium, tam Doctorum, quam indoctorum, per vocabulum DEUS intelligitur, nimurum ens aliquod determinans rerum omnium essentias, cum autem inter omnium rerum essentias sit etiam essentia humana, atque hec, juxta Wolfium, sit ipsa Lex naturæ ; procul dubio ens illud determinans deberet & istam determinare. Si proin ponatur ens hoc determinans sive DEUM non dari ; necessario sequitur, nec legem naturæ dari ; alioquin enim hec esset ens non determinatum, sive non limitatum, & tamen juxta Wolfium simul esset determinatum, seu limitatum ; quia in ejus principio Lex naturæ est ipsa essentia humana ut determinata, sive cum suis determinationibus. Ergo si D. Wolfius Atheo concederet antecedens, scilicet non dari DEUM, nulla ratione posset negare consequentiam, scilicet non dari legem naturæ ; quia, ut ostensum, si existeret Lex naturæ in hypothesi impossibili Atheti, simul esset determinata, ut supponit Wolfius, & simul non esset determinata ; quia non haberet causam determinantem, cum ponatur ens illud, quod rerum omnium essentias determinans, non dari ; hec autem illustris Author utique non admettit ; quia in impia ista hypothesi strum, que implicat, scilicet dari aliquod determinatum, ut patet, &

U dari

Animad-verio Ter-tia quoad hypothesin D. Wolfii, si nondatur DEUS,

Si Atheus argumen-taretur contra Wolfium ; Non datur DEUS : Ergo non datur Lex naturæ ; concessu antecedenti non pos-set ab eo- dem Wolfio negari con-sequentia.

(e) Loc. cit. in Philos. pract. §. 143. 245.

(f) §. 136.

dari aliquod non determinantum sive non limitatum ; quia hoc ipsum esset DEUS ; qui tamen ponitur non dari.

208. Quodsi reponat D. *Wolfius*, essentiam humanam, & consequenter legem naturæ, in se ipsa jam esse determinatam & limitatam, sequet tantum velle, quod ea ut talis possit ab Atheo cognosci independenter à cognitione DEI, sive, **Responsio** quod possit in mente Athei dari repræsentatio essentiaz humanaz, **D. Wolfi.** & consequenter legis naturæ, ut determinata, sine repræsentatione DEI ut entis determinantis ; hoc enim se voluisse invenire per illa verba : (g) *Quamobrem et si Atheus neget dari DEum, non tamen ideo negari potest, HANC esse hominis essentiam, quam independenter à cognitione DEI cognoscimus*. Quodsi, inquam, hoc *Wolfius* reponat ; replicabit Atheus : probandum imprimis esse aliquid determinantum esse posse in se ipso, aut ut tale concipi, sine determinante saltem confuse cognito. **Replicatio prima.** quodsi non probetur, idem Atheus ex propriis D. *Wolfi* principiis negabit existentiam legis naturæ, quam quidem hic Author dicit esse ipsam essentiam humanam, sed ut determinatam, sive cum suis determinationibus ; si ergo non possit ostendi determinans, tunc neque essentia humana potest concipi ut determinata ; consequenter nec ut lex naturæ. Dein (ita enim perget Atheus) anne ex eo solum, quod independenter à cognitione DEI cognoscerem hanc esse hominis essentiam, & consequenter legem naturæ, statim inferri posset, eandem etiam esse talem à parte rei ? Sive : anne ex eo, quod in mente mea sit repræsentatio essentiaz humanaz, sine repræsentatione DEI, tanquam entis rerum essentias determinantis, statim sequitur, eandem essentiam esse etiam à parte rei sine determinatione ejusdem entis ? Certè, inquiet, ab esse præcise cognito, sine fallacia nemo potest argumentari ad esse reale ; alioquin enim invertendo argumentum contra *Wolfium* sic procedere possem : si in mente mea sit repræsentatio essentiaz humanaz, sine repræsentatione DEI, tanquam entis rerum essentias determinantis, juxta *Wolfium* inferre licet, eandem essentiam esse etiam à parte rei sine determinatione ejusdem entis ; ergo si in mente mea sit repræsentatio essentiaz humanaz cum repræsentatione DEI, tanquam entis rerum essentias determinantis, simliter inferre

(g) Loc. cit. §. 143.

inferre licet , eandem essentiam esse etiam à parte rei cum determinatione ejusdem entis. Vel sic : etiam juxta Wolfium possum cognoscere essentiam humanam , & consequenter in ejus sententia , legem naturæ , ut dependentem à DEO (nam ipsem faretur , (b) quod *DEUS Author fit legis naturæ*) ergo pariter licet inferre , legem naturæ , ideo , quia possum illam cognoscere ut dependentem à DEO , esse etiam dependentem à parte rei ; quod tamen , ut supra vidi mus , à D. Wolfio negatur. Cæterum animadversiones circa opinionem *Conclusio* per illustris Authoris hujus per decursum insinuatæ sufficientiātē *bujus Pa-* Qui plura volet , magno numero , nec minori rationum pon-*ragraphi.* dere firmata reperiet apud Clat. P. *Dessing* (i) quo , ne prolixiores esse videamur , quam par est , Lectorem nostrum remittimus , & ad statuendam demum nostram , circa principium cognoscendi juris naturæ , sententiam properamus.

§. XIX.

Exponitur opinio nostra de principio cognoscendi Juris Naturæ.

209. Postquam præcipuas de principio cognoscendi juris naturæ sententias enucleavimus , vix non ingenuè nos fateri oportet cum Cicerone (k) eos ipsos , qui (in substrata celebratissima controversia) se etiam *aliquid certi habere gloriabantur , de hoc tamen addubitate cogi ; ob doctissimorum virorum de maximis rebus tantam dissensionem.* Quamobrem *Difficile* dum propalandum est demum , quidnam ipsius in quæstione *admodum* hactenus agitata sentiamus , tremula sane mente & calamo id *est in hac* præstamus , præmonentes insimul , haud multo ingenio elab-*quæstione* ratum systema à nobis expectandum esse , sed meditationem *resolutio-* solum quamdam , Auctoritate S. Scripturæ , ut equidem opi-*nem dare.* nunt , satis firmatam ; nec multum solliciti fuimus de magna similiter sentientium Authorum congerie , quia non tam *Autbo-*

(h) In Jhr. Nat. p. 1. §. 1122. iii notis.

(i) In larva detract. c. XVI. per totum.

(k) Quæst. Academ. lib. II. cap. 36.

*ret in disputando, quam rationis momenta querenda sunt. (1) **
Quamvis nec omni Authoritate nos destituui fateamur, cum in
opinione nostra mox insinuanda ducem veneremur sepe laudat-
tum Clat. P. Thomas. (m) Ast ne superfluae prosecutioni im-
moneamur, sequentem in modum in ordine ad Scopam nostram
succincte discurrimus.

DEUS in condendo legem naturam tanta non potuit alium finem habuisse, nisi semetipsum & infinitam bonitatem suam. 210. Non potest concipi DEUS ab æterno legem naturam divinam sua sapientia constituisse, suaque voluntate decreuisse, absque fine, quem respiceret, aut motivo, ex quo illum ferret, prout ipsa ratio didicat; quæ, cum sapientes omnes ex fine, tanquam causa, ad operandum accingi supponant, multo magis de DEO infinite sapiente id ipsum indubitanter asserent. Cum autem sapientissimum illud Numen finem quoque semetipsum sibi praæstituere debuerit, alium certe eligere non potuit, quam se ipsum, & infinitam suam Bonitatem, quam etiam in omnibus suis operibus pro fine habuisse S. Scriptura testatur, inquiens: (*n*) *universa propter Semetipsum operatus est Dominus.* ** Ex quo dein consectaneum est, quod DEUS forendo legem nature nihil aliud intenderit, quam ut actus humani divinae sue Bonitati tanquam fini conformes, *** id est, boni

(1) Idem Cicero de nat. lib. I. cap. 5.

Quod sane genus Philosophandi minime arrogans, maximeque & constans & elegans arbitramur. Cicer de divin. lib. II. cap. 1.

(m) *Dissert.* IV. §. IX. (n) *Prov.* 6.

Pulchre in hanc rem S. Thomas: cum Dicit, inquit, alia à se (divinita) non velit, nisi proper fuens, qui est sua Bonitas, non sequitur, quoniam aliud moveat voluntatem ipsius, nisi Bonitas Sua: Et sicut alia à se intelligit, intelligendo essentiam suam, ita alia à se vult Volendum Bonitatem suam. I. p. q. 19. a. 2. ad 2. Eodem modo loco mox cit. ad 3. respondet, inquiens: Ex hoc, quod voluntati divina sufficit sua Bonitas, nota sequitur, quod nihil aliud velit, sed quod nihil aliud vult: nisi ratione sua Bonitas.

Unde Plato in Theatro ait: „ Mortalem autem naturam . & „ haec nostra loca necessario ambit malum & circumvagatur . „ Quamobrem danda est opera , ut hinc illuc quam celeritatem fu- „ giamus ; fuga autem est , ut DEO quam proxime fieri potest . „ assimilemur atque conformemur . DEO autem assimilat justitia . „ Sanctitas cum Sapientia conjuncta . „ Et post alia : „ DEUS „ nusquam & nequamquam injustus est , sed , quantum fieri potest . „ iustissimus . DEO autem nihil similius est , quam cum ex nobis „ homini-

boni efficiuntur, & quidem (cum nulla res aliter bona esse Non possit) bonitate illa, quæ ab infinita Bonitate DEI participari debet; ut nimirum hac via, tam in ordine physico, quam moraliter, Deo nisi vali, divina Bonitas, tanquam fons & origo moralitatis * in infinitis factibus illis, quasi totidem speculis relucet, atque in hac etiam Bonitas in bonitate sua participata Deus sibi complaceret. Cum autem se ipsa vel multi actus humani ex natura sua prorsus omnem bonitatem in aliis ut (ut alibi ostendimus) tanquam sibi repugnantem, excludant, participabile impossibile est, ut & à Deo amentur, & ab eodem non tare lucens. reprobentur, ac prohibeantur; quippe qui nihil atrare potest, nisi congruum sui amoris objectum; quale non est, nisi Bonitas sua infinita vel se ipsa, vel quatenus in aliis, ut participata, reluet.

211. Ex quibus omnibus facile colligitur, cur multi actus Cur nulli per legem naturæ sunt necessario precepti, alii vero necessario actus jure prohibiti; illos nimirum præcipi necessum fuit, quos infinitæ naturæ ne-bonitatis participandæ capaces, & ad finem altiorem consequentia quendam necessarios esse divina sapientia novit; illi econtra prohibiti precepit debuerunt, qui ejusdem divinae bonitatis participandæ pti, alii prorsus incapaces, eamque ex sua essentia excludentes, ac fieri vera necessarii ultimo repugnantes à Deo cognoscebantur.

212. Quod si jam scire velis, an hic aut ille actus jure naturæ preceptor sit, vel prohibitus? ad ipsam præprimis illius naturam, objectum, & finem intrinsecum attendendum est; quibus consideratis, comparationem ejusdem actus cum Naturæ Divina, ejusque perfectionibus instituere oportet; an sci licet infinitæ illius Bonitatis participandæ aliqua ratione capax sit, vel an omnem omnino Bonitatem ex predicatis suis intrinsecis respicit? quodsi participationis illius non tantum capax esse

U 3

*Dicatur
tur præcepta
in bac opini-
ione ser-
vanda,*

nosca-

„ hominib[us] aliquis quam justissimus est. In hoc minime & vera „ hominis præstantia versatur. Quantum vero inde abscedit, mali- „ litas, & hujusmodi inertia atque imbecillitas, ut hominis no- „ men amittat, certe existit.

* Hoc ipsum, quamquam sine cognitione veri Numinis, & solo naturali lumine agnoscit Crysippus philosophus, ita scribens: non potest aliud inveniri principium & origo justitiae, quam à jove & communii natura; inde enim minime duci debet, ubi de bonis malisque differentium est. Lib. III. de D[omi]n[u]s.

Ino quoad noscatur, sed insuper cum Deo, ut *principio naturæ*, & *tamen actus præ-* quam *fine ultimo*, per proprios hominis actus adipiscendo, *intrinsecè connectatur*, jure naturæ *præceptus esse censembitur*: *ceptos & permisso;* si vero Bonitatis Divinæ participandæ capax quidem sit, cum fine tamen prædicto intrinsecè non connectatur, seu ad eum consequendum necessarius haud esse reperiatur, non *præceptus sed permisus* tantum esse censendus est. Hinc *omnium virtutum actus sub legem naturalem præcipientem cadunt*, ut *nimirum tunc, & in his circumstantiis exerceantur, Ubi, & Quando ad illum finem vel obtinendum, vel retinendum necessarii continentur.* (o)

2. do. quondam 213. Quodsi vero actus aliquipis cognoscatur omnem bonitatem, tanquam sibi plane repugnantem, ex *intrinseca suaratione* excludere, & in suo conceptu talia prædicata involvere vi quorum, ut supra dictum, necessario, tanquam fini memotato repugnans, a Deo reprobetur, jure quoque naturali prohibitus esse censi debet. Sic (ut exemplis res fiat illustrior)

Ponuntur patet, cur v. g. mendacium sit jure naturæ prohibitum; quia *exemplar ac-* nimirum ab *intrinseco* veritatem excludit, & consequenter Deo *tuum pro-* tanquam essentiali, & primæ Veritati repugnat. Eodem pro-*bibitorum* portionaliter modo, si de odio Dei, de infidelitate, de blasphemia &c. ratiocineris, facili labore malitiam eorum *intrinse- dani* deprehendes, & inde concludes, hæc & similia sunt naturæ prohibita esse. Si autem è contrario scire cupias, an amor, aut cultus Dei v. g. vel alii similes actus, jure naturæ sint *præcepiti?* argumentum antea factum non difficulter invertes, & *ac-præce- ptorum.* hæc via tum bonitatem eorum *intrinsecam*, tum necessitatem ad ultimum finem consequendum erues, & ita sub jure naturæ *præceptivo* illos comprehendendi perspicies.

Celebris 214. Ast non immerito hic subsistest, objiciendo, tradi-*aliqua in-* tam à nobis regulam & doctrinam in facilioribus quidem. & *stantia.* obiis actibus fors procedere, in difficilioribus autem, & magis abstrusis, plane sufficientem non esse; prout enim quotidiana comprobat experientia, maxime arduum est, cuiuslibet actus, illiusque objecti, in quod proxime fertur, naturam cognoscere. Verum ab hac instantia facile nos expedimus, dum fate-

(o) Clar. P. Thomas Dissert. IV. §. IX. num. 8.

fatemur; ingentem quidem huc laborem & applicationem de Qua considerari, non tamē magis, quam in aliis circa præsentem men facile questionem sententiis exantlari oporteat. Cum enim mens nostra, mottali corpori adhuc immersa, non tantum abstractam solummodo de Deo cognitionem habeat, sed hanc ipsam quoque sensibilium rerum tenebris obvolutam expediatur; quid mitum, si sibi & naturæ suæ relictæ, de natura, perfectionibusque divinis imbecilles adeo cognitiones efformet?

215. Alia instantia fieri potest ex Clar. P. Desing (p.) *Instantia* qui licet admittat, *Sumnum Bonum*, tanquam finem ultimum secunda ex esse unicum principium, ad quod omnia ordinentur; negat ta. P. Desing. men illud esse principium indicativum & speculatorum juris naturalis, sed pro principio solum practico agnoscit, quatenus nempe voluntatem ad observationem juris ejusdem movet; de quo tamen principio practico quæstio præsens haud præcedit, *Quid ad* sed de principio uno speculatorio, legem naturalem indicante, eam re quod clar. hic Author, ut supra vidimus, hucusque repertum spondere esse negat. Verum & hoc telo nos haud feriri putamus, non posse? equidem abnuentes, *Sumnum Bonum*, si præcise consideretur ut *finis ultimus*, habere rationem principii solum practici, quatenus nempe voluntatem movet ad operandum conformiter juri naturali, negantes autem; si idem *Sumnum Bonum* consideretur ut *unicum illud*, sine cuius participatione nihil est bonum; etenus enim consideratum, nihilominus pro *unico*, ac *vero principio indicativo* juris naturæ illud statuimus, ex rationibus supra allatis.

§. XX.

Statuuntur aliqua quasi conprincipia & alia
adminicula cognoscendo juri naturæ inser-
vientia,

216. Cum ex præcedente §. & alibi dictis constet, in omnibus omnino sententiis (nec nostra excepta) de principio cognoscendi juris naturæ hucusque examinatis, magnas non raro difficultates suboriri, in definiendo,

(p) In jure nat. liberato Cap. III. Them. XXIII. n. 3.

an hic vel ille actus eidem juri conformis, an vero contrarius sit, ideo aliorum exempla secuti, quædam adhuc quasi con-

Princi. principia & alia adminicula statuimus, quæ ad plurima juris *pium P.* naturæ objecta determinanda, pro usu quotidiano subservire *Schwarzii* possint. Hæc inter primo loco ponimus, *amorem Dei, sui, ad jus no-* & proximi à Clar. *P. Schwarz*, ut principium *primum superius turæ di-* adstructum; ex cuius Clar. Viri rationibus saltem id evinci pu-*scendum* tamus, quod præfatus *Amor* ad plurimas questiones, de ob-*admodum*jecto juris naturæ occurrentes, congrue resolvendas, utilissi-*utile est.* mus sit, & innumeris actibus tanquam lapis lydius inserviat, cujus ope discerni possit, an & qualiter juri naturæ conformes aut difformes astimari debeant; quod ut clarius appareat, cum eodem Authore per ejusdem *amoris* applicationem ad præcepta quædam juris naturæ præcepta in specie, descendere consultum duximus; ex quibus dein ad alia similia dijudicanda facillimum esse, prudens lector non difficulter colliget. Itaque

Probatur 217. I. Si questio oriatur de præceptis juris naturæ nega-*hoc per in-*tivis, an hoc vel illud eodem jure sit graviter prohibitum? non *ductionem* difficulter id resolves, si formes hunc vel similem discursum: *præcepto-* id omne & solum est jure naturæ graviter prohibitum, quod *rum natu-* graviter repugnat amori, *Deo, sibi, & proximo naturaliter* *ra negati-* debito, & ad felicitatem homini propriam absolute necessario; *vorum gra-* atqui tale quid respectu Dei est *idololatria, blasphemia &c.* *viter,* respectu sui occiso; vel *mutilatio propria*; respectu proximi vero *adulterium, furtum &c.* ergo jure naturæ sunt graviter prohibita. II. Quoad præcepta *negativa* levius obligantia sic v. g. ratiocinaberis: quamvis mendacium in re levi, diminu-

& leviter obligationem famæ, aut fortunæ alterius, itidem in materia levi, *obligan-* naturæ legibus verita esse aoverim; quia tamen per ejusmodi *tium.* actus Amor aliis debitus, & ad felicitatem homini propriam minus stricte necessarius, modice tantum læditur, hinc etiam solum leviter prohibiti esse censendi sunt. III. In præceptis af-

Idem pro- batur quo- firmativis graviter obligantibus discurrere licet in hunc mo-*batur quo-* ad præce- dum: omne illud jure naturæ sub gravi peccato præceptum est, pta juris quodsi omitteretur, contraveniretur amori cuicunque debito, naturæ af- & ad felicitatem naturæ rationali propriam absolute necessario; firmativa atqui tale quid respectu Creatoris est Religio in genere; respe- graviter, quia sui ipsius refrenatio inordinatorum affectuum; respectu proximi

proximi exhibitio officii, vel in procurando bonum, vel in avertendo malum consistens, si *extrema* vel *absolute gravi* necessitate prematur, & saltem absque gravi incommodo meo id præstare possim; ergo *Religio*, tanquam officium in Deum, refrænatio inordinatorum affectuum, tanquam officium erga me ipsum, & memorata procuratio boni &c. tanquam officium erga proximum, jure naturæ sub gravi peccato præcepta sunt. *& leviter*
IV. Quoad præcepta *affirmativa levius obligantia* ita ratiocinaberis: quamvis officia quæcunque erga Deum, memetipsum, & proximum, conformia sint amori iis naturaliter debito; quia tamen non omnia ad felicitatem naturæ rationali propriam stricte sunt necessaria; nimur ea, quæ in materia levi præstantia occurunt; hinc non omnia graviter mihi suot præcepta.
V. Quoad ea, quæ sunt *indifferentia*, seu jure naturæ *permitta*; si v. g. queratur, an *primæva bonorum communio*, servitus &c. sint à jure naturæ concessæ? sic discurrere licebit: *qua jure primæva bonorum communio*, servitus &c. & similia nec positive amori cuivis naturaliter debito repugnant, nec absolute *permitta*. ab eodem exiguntur; ergo hæc annumeranda sunt iis, quæ ab eodem jure permittuntur. Vide Clar. P. Schwarz, apud quem hæc omnia latius deducta reperies.

218. Applicando nunc eundem amorem ad objecta magis *Applicatio dubia*, magna præprimis inter Authores controversia est; an ejusdem *Polygamina*, vel *Polyviria* jure naturæ sit prohibita. Quodsi *principiis* proin ratione polygamiae negativam defendere velis, sic procedes: licet Amor indivisus fini conjugii sit accommodator; *ad objecta* quia tamen polygama non repugnat amori generandi & educationis prolis; cum ea stante certa maneant ejusdem generatio ac sufficiens educatio, nec non officia parentibus erga liberos, & vicissim, à jure naturæ præscripta, salventur, imo copiosior inde proveniat generis humani multiplicatio; hinc eidem juri non repugnare censenda est. De polyviria vero contra-*In specie* riū defendes exinde, quod, ut consideranti patet, omnia *ad polygamiam* memorata in ea locum non habeant; hinc ista inter proniam & hibita ejusdem juris merito numeranda venit. Plura exempla polyviri. Lector desideret, laudatus Clar. Author abunde suppetet (q) riam. ad quem brevitatis studio eundem remittimus.

Aliud con- 2:9. Aliud principium, & quidem à posteriori cognoscendi juris naturæ indicat & admittit Hugo Grotius (r) scribens: *Si nou certissima fide, certe probabiliter admodum jus naturale colligitur esse id, quod apud omnes gentes, aut moraturas, aut moratores omnes tale esse creditur.* Ducem in hoc asserto suo Vir celeb. atissimus habu sse videtur Aristotelem (s) * qui *justum naturale vocat, quod ubique eandem vim babet,* & non quia ita videtur. Item: (t) est enim quiddam, ait, quod augurantur &c profitentur omnes natura commune justum & injustum, etiam si nulla societas invicem sit, nullaque pactio. Ejusdem opinionis fuit Cicero (u) dicens: *omni in re consensio omnium gentium lex naturæ putanda est.* Et: *omnium consensus naturæ vox est.* Hinc etiam non mirum, quod Seneca (w) ex eodem consensu gentium *Divinitatis existentiam inferre non dubitarit, ita scribens: Deos esse inter alia sic colligimus; quod omnibus de Diis opinio infinita est: nec ulli gens usum est adeo extra leges, moresque projecta, ut non aliquos Deos credat.* Rationem porro hujus opinionis si quæras, ea quoque in promptu esse videtur; cum enim, ut philosophis constat, effectus universalis causam itidem universalem esse oporteat; communis ejusmodi gentium usus causa vix alia vindetur excogitari posse, quam ipsemnet Author naturæ, à quo & ratione; communis ejusmodi instinctus hominibus, cum ipsa ratione, inditus est. Quotiescumque igitur ab omnibus gentibus bene institutis, sive moratis, constanter aliquid fieri ac observari, vel omitti experimur; prudenter illud juris naturalis esse existimari potest.

220. Ut

(r) De J. B. & P. Lib. I. C. 1. §. 12.

(s) Nicom. V. C. 10. (t) I. Rhetor. C. 13.

(u) QQ. Tuscul. Lib. I. Cap. 13. 14. (W) Epist. 117.

* „ Inno reliqui philosophi (ut advertit *Mascov.* in notis ad *Pufend.*)
 „ de J. N. & G. lib. II. Cap. III. §. 7.) quoque ita rationes sub-
 „ duxisse possunt; nam sic quoque *ICTI* veteres loquuntur. Ecce
 „ enim quod apud omnes populos peræque custoditur, vocatur jus
 „ gentium in §. 1, inst. de J. N. G. & C. quasi quo jure omnes
 „ gentes utantur. Videatur autem veteres exemplo gentium cogni-
 „ tarum & moratarum uti, per denominationem potissimum generis
 „ humani partis.

220. Ut ut vero hæc opinio Grotii non minus Authoritate, quam ratione fulciatur, eam tamen omni modo impugnare conatur illustris Pufendorfius (*x*) qui præprimis authori-
gnat *Pufendorfius*, *Isocratis* (*y*) allegat sic scribentis: *ita natura comparat*
tum est, ut omnes sapius peccamus, quam officio fungamur. Dein: *nexus au-*
nunquid omnium populorum tam antiquorum, quam recentiorum, mores sunt nobis cogniti? quodsi vero dicat *Grotius Isocratis.*
se de bene moratis tantum gentibus intelligi velle, non de barbaris; statim reponit *Pufendorf.* „Quæ gens, cui aliqua seip-
„sam conservandi ratio constat, ultiro sese barbaram agnoscat?
„aut quæ tantum sibi tribuet, ut ad suos mores reliquas om-
„nes exigi postulet; quæ ab ipsis discrepaverit, eam barbaram *Ejusdem*
„declaret? Quondam Græculorum arrogantia reliquos omnes *rationes*
„tanquam barbaros despiciebat. In eum fastum dein Romani *propriis*
„succedebant. Hodie pauci quidam populi Europæ id nobis *eius verbis*
„sumplimus, ut cultura morum reliquis superiores nos fera-*propositæ.*
„mus. Ast dantur ex adverso populi, qui sese longe nobis
„præferunt. Jam dudum à Chinensibus, Europæis unus dun-
„taxat oculus relictus, cæteri cæcitatis damnati. „Ita *Pufend.*
qui præter autoritatem *Isocratis*, jam supra memoratam, &
aliorum, etiam *Philonem* adducit, ita scribentem (*z*) illa quo-*Adducit*
que deterrent, ne credamus incertis, quæ pene per totum orbem etiam pro-
diffusa sunt, communem tum *Græcis*, tum *Barbaris*, in judi-*se Philo-*
cando lapsus inducentia. Quænam? institutiones ab atate te-*nem.*
nera, consuetudines patriæ, leges antiquæ, ex quibus universis
in nullo consentiunt omnes sed per singulas regiones, gentes, Civi-
tates, vicos denique ac domos, saltim viri discrepant à mulier-
culis; & pueri à cæteris; nam quæ nobis turpia videntur, il-
lis honesta, quæ decentia, illis indecentia &c.

221. H's tamen non obstantibus, *Grotio* potius ad stipu-*Eligimus*
latur, & consensum Gentium in systemate juris naturæ magni *sententiam*
admodum roboris esse censemus, eaque omnia, in quibus gen-*Grotii,*
tes omnes (quarum quidem notitiam habemus) tanquam præ-
ceptis, vetitis, aut permisssis, consentiunt, optima ratione
pro talibus haberi posse, non obstante, quod una vel altera gens,
X 2 moribus

(*x*) De J. N. & G. Lib. II. Cap. III. §. VII.

(*y*) In orat. ad Philippum.

(*z*) De temulentia.

moribus homine indignis aliquoquin jam diffamata, contrarium teneat: nam aliunde notum est, quod in nonnullis gentibus cuius intellectus in naturale rationis lumen propria sua culpa adeo debile effectum sit, ut honestum inter ac inhonestum laepius discernere vix possit, imo non raro morum barbaries in tantum apud illas invenerit, & corruptissimis adeo moribus assuetæ sint, ut ea, quæ gentes moratores primo intuitu tanquam inhonestissima respuant, illæ ut omni ex parte honesta reputent. Ceterum quamquam *consensum Gentium* pro principio quodam à posteriori iuris naturæ admittamus, neutquam tamen id intelligi volumus de consensu omnium hominum in qualibet gente viventium; nil enim adeo turpe concipi potest, quod non ab aliquo saltem approbationem inveniat. * Ad hoc igitur, ut *consensum gentium reequiratur* in *particulis cuiusvis hominis*, alloquenter: „An quasdam, mihi *Hippia* non scriptas leges esse nolti? eas, ait, quæ ubivis locorum eodem modo observantur. Hasne dicere potes, ait, ab hominibus esse conditas? qui possim? inquit; cum homines universi convenire non possint, nec eodem sermone utantur. Quosnam igitur, *Præclarus* ait, leges has condidisse arbitraris? Evidem, ait, has leges hominibus à Diis ferri existimo, nam apud homines uniuersum dicta, versos hoc primum lege receptum est, DEOS esse colentes. *Socratis.* „dos. An non & Parentes ubique locorum receptum est, & honore prosequendos esse? etiam hoc, ait. Non & illud, quod neque parentes cum liberis, neque liberi cum parentibus consuelcere (carnaliter commisceri) duberent. „Ita nimurum hic Philosophus Deorum cultum, parentumque veneratio-

* Sic *Cajus Caligula*, fæx non imerito generis humani dictus, ex immannissimis sceleribus laudem publicam caprare solebat, eique dicere solenne fuit: *Nil laudabilis invercundia esse*. Sic *Heliogabalus*, indomita ac rabida libidinis catula à militibus vocari solitus, quid magis approbavit, quam vitam & vires omnes Veneri consecrare? Sic demum *Commodus Antoninus* flagitiolissima sua gesta, tanquam æterna memoria digna, monumentis publicis inseri jussit.

(a) In quodam disput. de qua Xenophon lib. IV. memorab.

rationem, ob consensum etiam Gentium id comprobantem, jure naturæ præceptum esse censet.

222. Inter memorata conprincipia cognoscendi juris naturæ optimo quoque jure recenserit merentur illa tria, quæ adstruit Reverendissimus & Magnificus D. P. Schmier (b) horum primum à posteriori decalogum ponit (si circumstantiam Sabbati excipias) de quo jam superius actum est. Alterum à priori est istud : *Quidquid simpliciter expedit, esse licitum ad felicem humanæ naturæ statum, id omne, spectato naturæ jure, est licitum.* Item : *quod in ordine ad eundem finem simpliciter expedit, esse præceptum vel prohibitum, id omne, naturali jure, est obligatorium.* Similiter : *quod simpliciter expedit, esse graviter vel leviter prohibitum, pro humani generis beata conditio- ne, est de jure naturæ graviter vel leviter prohibitum.* Tertium, ut prædicta felicitatis humanæ deprehendendæ indicium, fuggerit idem Magnif. Author, *proprium cujuscunque hominis dictamen, si in statum plane indifferentem se ponat, & se ipsum examinet, quid auctori naturæ, de licita & illicita actione ante omnem casum particularem querenti, consuluisse.* Hanc doctrinam in nullo obveniente casu fallacem se reperiisse idem Magnificus testatur, & exemplis soliditatem illius confirmans, ait : (c) „Enimvero si dubium incidat : sitne v. g. in Republica Hanc doc- „vis privata concessa ? liceatne fidem frangere ? possitne jus Arinam „subditis quæsitum auferri ? ad regulas meas recurro, atque ex testatur „eo, quod homines, in statu prorsus abstracto interrogati, re- idem Mag- „spondissent, neutquam expedire societati civili, ut vis pri- nificus „vata, fidei violatio, aut ablatio juris quæsti permittatur, nunquam „infuso non licere uti privata vi, fidem frangere, aut subditis se reperiisse „quæsitum jus auferre. „ Ita ille. fallacem ;

223. Verum utcumque sit hypothesis ista satis ingeniosa, non omnibus tamen æque placet ; & quidem Imo Clar. P. Desing (d) non quidem memoratis principiis refragatur ; quoad tertium tamen advertit, tum solum illud firmum fore, si in

X 3

animam

(b) In Jurisp. can. civ. lib. I. tract. I. cap. II. Sect. II. §. II. num. 74. & §. III. §. num. 87. item in Jurisp. publ. univers. disp. præambula Sect. II. num. 42.

(c) Ibidem num. 45.

(d) Larv. detract. cap. V. Them. XXI. num. 4.

Qua tamen animam tam illustrem inciderit, qualis fuit P. Francisci. Sunt quoad tertamen inquit, alia anima carni immersa, cruda, degeneres, tium prín- refractaria, quas fortioribus indicis prastringi saepe est necesse. cipium non Aliis illud ipsum principium tertium ex eo capite displicet, omnibus aque pla- quod nitatur hypothesi ficta, & consequenter ad veritatem detegendam minus apta; quodsi enim (ita ratiocinantur) po- cет? natur quis, ex mero etiam veritatis studio, animoque, pro- fusi omni passione ac præjudicio libero, ad principium illud convolare; incertum tamen est, quidnam in qualibet particu- lari, circa juris naturæ objectum, quæstione responsurus esset.

a nobis au- 224. His tamen non obstantibus, principia illa, & singu- tem ut /a- lariter tertium Altefati Magnifici, ad cognoscendum jus naturæ tis proficia magno adjumento esse posse, non difficulter annuimus, simul ad cognos- que à Lectore nostro petimus, ut in propriam suam mentem scandum se velut solitarium revocet, ac obveniente aliquo casu secun- juris natu- dum illud principium procedat, & experietur, se hac via ad ræ obje- ipsum juris naturæ fontem deducendum, unde plurimas dein dum ad- veritates ad ipsum illud jus pertinentes facilissimo labore deriva- mittuntur. re valeat; cujus ratio in promptu esse videtur; Si enim homo principium hoc rite applicet, ad omnia proorsus objecta fit in- differens; ubi dein nulla alia judicia promet, nisi ex propriæ rationis naturalis dictamine promanantia; cum autem Ratio humana sit lumen ab increato illo lumine descendens, neuti- quam dubitandum esse videtur, illud ipsum, quod homo in eo statu indifferenti positus. Authori naturæ quærenti consuleret, ab eodem Authore naturæ revera constitutum fuisse. Hinc Praeclarum optime Hierocles ad mentem Pythagoræ dixisse legitur: Idem dictum est rationi parere, atque DEO. Natura enim, qua rationis est Hieroclis. particeps, cum splendorem suum, suamque lucem sortita est, ea ipsa amplectitur, qua divina lex statuit: nec discrepat à DEI sententia animus, qui secundum DEUM se habet.

225. Memoratis con principiis, ad indagandas juris nature veritates, aliud similiter valde utile adjungimus, frequentatam scilicet Authorum probatorum lectionem, qua mediante si quædam capita reperiantur, in quæ omnes unanimiter consentiunt, prudenter judicari potest, ea, pro varietate objectorum, na- turæ legibus consona, vel dissona, aut iisdem permissa esse.

Talia

Talia sunt, quæ suggerit Imperator, (e) nimirum honeste Ponuntur vivere, alterum non lèdere, suum cuique tribuere. His alia adjuvante, quod non exiguum etiam adminiculum, ad indigandas menta juri juris naturalis veritates, præbeat studium *Philosophia moralis*; naturali ex hac enim præcepta quædam generalia, quemcunque virtutis habitum respicientia, colligere licet. Hoc ut exemplis illustris fiat, pone sequentes aut similes regulas: *In contractibus sunt omnia bona fide agenda: nemo cum alterius damno locupletari debet.* Ex his mox sequitur: *Dolos, fraudes, culpásque evitari debere: aut si ejusmodi intervinerint, damnum inde natum resarcendum esse.* Hujusmodi regulæ, ab aliis etiam virtutibus magno numero suppetitandæ, si debita cum sedulitate, ac mente, à præjudiciis & affectibus purificata, applicentur, non exiguum cognoscendo juri naturæ adjumentum præstabunt.

Quorum
posteriorius
exemplis
illustratur.

§. XXI.

Ostenditur utilitas juris divini, in specie sic dicti, ad cognoscendum jus naturæ.

226. **T**anta est juris hujus divini, in ordine ad disciplinam juris naturæ, utilitas, ut illud non immerito limpidissimum fontem appellare fas sit, ex quo genuinam legum naturalium cognitionem & interpretationem haurire valamus. Est autem jus divinum *in specie sic dictum*, quod à DEO, ut Authore supernaturali, libere conditum, & in eo à jure naturæ diversum est, quod, licet & hoc eundem Conditor agnoscat, non tamen aliter nisi ut Authorem Naturalem, præcipientem illa, quæ necessitas, & exigentia intrinseca objecti exposcunt. Hoc porro jus divinum duplex est, veteris *dictum*, nimirum ac novi testamenti: utrumque autem tam de publicis, quam privatis hominum actionibus, ad rectæ Rationis normam componendis, uberrime tractat.

Quid &
quotuplex
sit jus di-
vinum in
specie sic
dictum.

227. Hanc in rem præclarissime scribit D. *Isidorus Pelusio*. (f) & ostendit, melius à sacris Litteris, quam à ratione ac philosophia doceri, quæ ad mores formandos pertinent. En! quædam

(e) s. 3. Institut. de J. & J.

(f) Lib. IV. Epist. 91.

Præclaræ quædam ejus excerpta. „ Christus ait : omnia quæ volueritis, in banc „ ut faciant vobis homines , & vos facite ipsis similiter &c. rem scrip- „ quid quæsto vel Platonis Dialogi , vel Homeri fabulæ , vel ta D. Iſi- „ Legislatorum Codices &c. &c. Si ad hanc brevitatem , per- dori Petu- „ spicuitatemque conferantur ? &c. Quod Dialogos conscrip- sioꝝ. „ sit Eruditissimus Plato , dum conatur demonstrare , quid sit „ justitia ? Nec tamen quidquam potuit proferre , quod esset „ perspicuum , aut persuadere quibusdam &c. Quam multa „ scripsit Aristoteles , Platoni se opponens , ejusque dogmata „ traducens velut in comedie ? sed neque ipse quidquam utili- „ tatis contulit &c. Comparent igitur cum iis , qui sapientes „ perhibentur , divinorum Oraculorum perspicuitatem , & de- „ finant nugari , Divinamque Oraculorum dictionem amplectan- „ tur , quæ non ad ambitionem , sed ad utilitatem audientium „ respexit. „ Ita D. Iſidorus.

D. Gund- 228. Unde satis mirari non possumus , quod Illustris Nicol. *Hieron. Gundling* (g) nimis confidenter afferat , *Veritatem natu- ralem ex scriptura non posse disci* , quia alias ex ea etiam *Arith- doctrina meticam discere oporteret*. Item : illos miserabiles homines esse , *Jur. Nat. qui v. lnt. jus naturæ ex S. Scriptura docere : scriptura longe excludit. alium finem esse*. Ita *Gundlingius*. Sed liceat quærere Imo , An ex doctrinis hujus Authoris scriptis jus naturæ addisci pos- sit ? Responsio procul dubio foret affirmativa , si eidem colloqui adhuc daretur. Sed quid , si quis probaret contrarium ex ipsiusmet præclarissimi Viri verbis , dicendo : *Veritatem natu- ralem ex scriptis de jure naturæ , disci non posse ; quia alias ex iis etiam Arithmeticam discere oporteret ?* Nunquid hanc sequelam ut minus legitimam rejiceret ? cur igitur ex Scriptura disci non posse afferit jus naturæ propterea , quia aliquin sequeretur , ex eadem Arithmeticam quoque disci de- bhere ? Liceat quærere 2do , an in doctrina iuris naturæ sit abstrahendum à DEO ? Responsio est negativa ; ait enim : (h) *Mibi fixum est , DEUM ex systemate juris naturæ omitti non posse . Initium sapientie est timor DEI . Cur bic relinquamus DEUM ? in Matibes possum abstrahere à DEO : nihil bic refert,* *si*

— (g) In opere cuius titulus. Discours über das Vernunft-Recht cap. 2. §. 5. apud Clar. P. Desing. in lary. detracit.

(h) Ibidem §. 32.

*si errem : secus se babet in moralibus , ubi displicet DEO , ni faciam . Ita rursus Gundlingius . Sed illud videtur imperceptibile , quod ideo veritatem naturalem ex scriptura disci non posse assertat , quia alias ex ea etiam Arithmeticam discere oporteret : Si enim in addiscenda Mathesi possum abstrahere à DEO , cur in addiscenda Arithmetica , quæ illius species est , non possim abstrahere à scriptura , & tamen ex hac addiscere jus naturæ ? Nunquid enim scriptura moralia docet , non vero mathematica ? Non minus igitur displicet DEO in addiscendo jure naturæ abstrahere à scriptura , quam ab ipso DEO , qui per eam nobis loquitur , & moralia , præsertim ea , quæ jus naturæ concernunt , nos docet ; in scriptura enim continentur *verba vita* , quod & ipsi Pharisæi agnoverunt , ad quos Christus (i) scrutamini , inquit , *scripturas , quia putatis in ipsis vitam aeternam haberi* . Perperam igitur , & ex ratione omnino infirma , Gundlingius S. Scripturam à doctrina juris naturæ excludit .*

129. Hinc alibi (k) se corrigens , ita scribit : „ Quamvis non existimem , naturales veritates ex Scriptura demonstrari debere , expedit tamen ubique ostendere , quomodo ratio & summa scriptura concordent . Unde Faquelot de *La Conformité de git* . „ *La Foy avec la raison* , monstravit , quo pacto philosophia ex proprio fundo sit studendum , una tamen considerandum , quomodo cum ea consentiat scriptura ; *Stulta enim philosophia est* , quam deferere moriturus debebo . Leibnitius quoque scripturam spectavit : *Quia ne potest quidem aliter fieri* . Si Christianus factus sum , eosque non fero , qui Christianismum contemnunt . Ut quid ergo sepono revelationem , aliqua via incedo ? Multo etiam melius in res penetramus , si ostenditur in auxilium Scripturam advocamus . „ Ita Gundlingius . Sed eum sibi hæc qua ratione concordant cum Superioribus , ubi scripsit : *contradicterit naturalem scriptura disci non posse* . Item : *Miserabilis esse homines , qui velint jus naturæ ex S. Scriptura docere* ?

130. Legit forsitan interea Vir illustris etiam Serranus Platonis interpretem , qui ad hujus philosophi *Timæum* inter-

Y

alia

(i) *Joan. 5. v. 39.*

(k) *cit. cap. i. §. 29. - 39.*

*Præclare
in banc
rem scri-
psit Serra-
nus in Pla-
tonis Ti-
maum.*

alii sic præclare scribit: „ Illud autem veritas existimandum
„ erit in philosophis, quod proprius accesserit ad illam do-
„ctrinam, quæ in sacris Bibliorum libris continetur, quæ
„ est una ac certa veritas, & Germana philosophia - - -
„ Rerum enim veritatem (illi Philosophi) non affirmant penes
„ se esse - - - fatentur se divino quodam sermone opus
„ habere, quo ad veritatem deducantur, quam se amice
„ amplexuros testantur, si quis demonstrarit, & meliora
„ docuerit. In hoc maxime argumento obscurissimo quidem
„ illo, id subinde inculcat Plato, auxilium à DEO implorans,
„ ut ducem se præbeat in his salebris mæandris &c. „ Ita
Serranus.

*Scriptura
seruit
etiam ad
docendum
jus naturæ
infideles &
Atheos.*

*Dicta
Andreae
Osiandri.*

231. Nec juvat, si quis ideo Scripturam à jure naturæ docendo exclusam velit, ut jus illud Atheis quoque ac infidelibus inculcari possit; nam scriptura (ut ait Apostolus (l)) *Est vivus sermo DEI, & efficax, & penetrabilior omni gladio accipiti: & pertingens usque ad divisionem animi ac Spiritus, compagnum quoque ac medullarum, & discretor cogitationum & intentionum cordis: Cur non & infidelium & Atheorum? apta igitur est scriptura ad docendum jus naturæ non tantum fideles, sed & infideles, imo Atheos. Dein: quid Adversarii dicent ad ea, quæ scribit Andreas Osiander itidem Protestanticæ Religioni addictus, & Professor Tübingensis (m) universalis, inquiens, experientia in cordibus fidelium, imo & infidelium (nisi omnem prorsus humanitatis sensum exuerint) clamat, manifesta signa loquentis DEI conspici in scriptura, ex quibus Evidenter pateat, cælestem esse, atque ex ipsius DEI sinu prolatam Doctrinam, quæ Prophetarum & Apostolorum Libris comprehensa est.*

232. Quod porro vis ea Scripturæ insit, quam verba Apostoli, paulo superius recitata, indicant, multiplicita præprimis exempla gentilium comprobant, qui ejusdem lectione commoti, Proselytorum olim numerum adauxerunt, libere confitentes, se non tantum fidem unius DEI, sed & alia juris naturæ præcepta ex scriptura dидicisse. Dein: an non illustre in ordine ad

(l) Ad Heb. 4. v. 10. (m) In respons. ad Analysis Gregorii Valentianii S. J. p. 1. Num. 6.

ad fidem Christianam testimonium hac in re præbet Evnuchus ille *Candacis Regina Aethiopum*, qui erat super omnes *Gazas Probatur ejus* (n) & lector illo scripturæ loco (o) tanquam ovis ad occisionem ductus est &c. acceptaque per S. Philippum ejusdem interpretatione non tantum fidem Christi, sed & optimam disciplinam morum edocitus est, qua deinde sedulo gentem suam imbutit. Verum ne antiqua solum in medium proferre posse videamus: En! novum & illustrissimum exemplum in Viro itidem Illustrissimo D. Joanne *Wilmot Comite Roffensi* in Anglia. Et *Joannis* qui scelere contra naturam maximo, scilicet Atheismo se contaminaverat, quem & publice professus, non alio medio erore hunc suum dedoceri se potuisse fassus est, quam cit. cap. *Roffensis.* quinquagesimo Tertio *Isaia*, sibi prælecto; tum enim ajebat, „ sensisse se vim quamdam internam, sese trahentem, & lumen tam vivum, cui resistere non posset. Verba Prophetiae „ hujus instar totidem lucis radiorum sibi visa esse, qui Spiritus penetrarent suum: ita plane, ut non tam rationibus „ sibi propositis convictus esset, sed vi quadam superiore raptus, deinceps in divinum suum Salvatorem tam fortiter crederet, ut si eum vidisset inter nubes coeli apparentem. „ Ita *Comes*, de quo plura scopo præsenti inservientia, videri possunt apud Clar. P. *Desing* (p) qui merito hic exclamat: Utinam hoc saltem, aliisque exemplis monentibus larvati juris naturæ Doctores resipiscerent, nec divinam Scripturam ac Religione à justitia naturali condiscenda excluderent Eum in finem, ut Atbeis profitur. Conclusio

233. Ast, inquires cum *Heineccio*; quid prodeissent SS. Litteræ in docendo jus naturæ, cum non ab omnibus gentibus sint agnitæ, ac receptæ? Respondemus ad hanc instantiam in hunc modum: quamquam doctrinæ morales in S. Scriptura repertæ, & ad jus naturæ pertinentes, non omnibus gentibus cognitæ sint ut *revelata*, non tamen reperire est ullam gentem de morationibus, quæ non agnoscat illas ut naturaliter justas; sin vero considerentur ut *revelata*, apud Christianos certe manus habere pondus Authoritatis debent, quam quorumlibet Doctorum libri, de jure naturæ tractantes, vel qualibet labilia

Y 2

ratio-

(n) Act. 8. v. 27.

(o) Isaia 53. à v. 7.

(p) In cit. larv. detract. cap. X. f. 67. & seq.

Solvitur instantia celebri ex eo desumpta, quod SS. Scriptura ab omnibus gentibus non sint agnita aut recepta.

rationis judicia. Cuilibet igitur sanæ mentis considerandum relinguimus, an in tradendo vel scribendo Jure Naturæ pro juvenibus aut Viris Christianis, multo magis pro Europæis, & maxime pro Germanis nostris, omittenda sit S. Scriptura? Cum enim *Ratio nos obliget ad id, quod optimum est*, ut habet ipsemet *Heineccius* (q) cur quælo non obliget eadem Ratio ad sententias potius *Mosyfis, Davidis, Salomonis, Jeremie, Pauli, imo ipsius Christi*, juri naturæ studentium animis instillandas, quam *Ethnicorum Philosophorum*, qui ut ex *Serrano* nuper audivimus, ipsimet fatentur, se divino quodam sermone opus bare, quo ad veritatem ducantur? Perperam igitur docet *Heineccius* (r) *jus naturæ derivandum non esse ex S. Litteris, nec ex legibus positivis divinis*; cujus contrarium ipsemet etiam *Pufendorfius* agnovit, dum scripsit, (s) *quod divinae Litteræ liquidius cognoscendo juri naturæ plurimam lucem afferant.*

234. Dein: Cur ex SS. Litteris jus naturæ (etiam imbuendo gentiles) derivandum non sit? cum tamen ipsemet *Heineccius* (t) fateatur, quod, cum idem sit revelationis directa rationis Author - - - non modo multa, quæ ratio juris natu- *re cum S. Scriptura concordiam.* *Heineccius* etat, in SS. Litteris repeatantur, sed & miram esse utriusque fatetur *juris consonantiam*; nec quidquam *DEUM in Sacris pandectis vel præcipere, vel probibere, quod juri per rectam rationem promulgato adversetur.* Liquido proin constat, minime congruere rationi doctrinam *Gundlingii, Heineccii, & aliorum, volentium, S. Scripturam à docendo jure naturæ exclusam, sed multo sapientius hoc in passu sentire illustrem Leibnitium*

(u) ita scribentem: Recte à viris doctis inter desiderata relatum est. *Jus Naturæ & gentium traditum secundum disciplinam Christianorum, id est Christi documentis τὰ αὐτέρα sublimia divina sapientum.* Ejusmodi autem sapientes quinam sunt alii, nisi qui in tradendo jure naturæ SS. Litteras ut Cynosuram respiciunt, ac velut ipsissimam legum naturalium promulgationem suspiciunt: nec immerito; cum ex iis totum jus naturæ addisci possit; quippe cuius præcepta fere omnia, paucis licet verbis, solus præprimis in se complectitur *Decalogus*; cui

(q) In prælect. Acad. ad Pufend. de off. H. & C. Lib. II. cap. II. f. m. 314.

(r) J. N. lib. I. §. 15. (s) De Jure N. & G. lib. II. cap. III. §. 13.

(t) Cit. §. 15. (u) In præf. Cod. Jur. Gent.

cui si adjungas ea , quæ Salomon in proverbiis , *Ecclesiasticus* , turæ addi-
Prophetæ , ac ipsi Libri historiales singillatim exponunt , & sci potest.
illa demum , quæ novum testamentum subministrat , næ com-
pletam juris hujus notitiam tibi comparabis.

235. Audi , quælo , quid in hanc rem S. *Augustinus*: (w)
„ Que disputationes , ait , quæ litteræ quorumlibet Philoso-
„ phorum , quæ leges quarumlibet civitatum , duobus præ-
„ ptis , ex quibus Christus dicit , totam legem Prophetasque
„ pendere , ullo modo sunt comparandæ ? - - - Hic Physica ,
„ quoniam omnium naturarum causæ in DEO Creatore
„ sunt. Hic Ethica , quoniam vita bona ac honesta non aliun. *Praeclaræ*
„ de formatur , quam cùm ea , quæ diligenda sunt , quem *in banc*
„ admodum diligenda sunt , diliguntur , hoc est , DEUS *Scriptæ S.*
„ & proximus. Hic Logica , quoniam veritas , lumen- *Augustini*.
„ que animæ rationalis non nisi DEUS est. Hic etiam laudabi-
„ lis Reipublicæ status ; neque enim conditur & custoditur
„ optime civitas , nisi fundamento & vinculo fidei , firmaque
„ concordia , cum bonum commune diligitur , quod summum
„ ac verissimum DEus est ; utque in illo invicem sincerissime se
„ diligent homines , cum propter illum se diligunt. „ Ita S.
Augustinus. Quis ergo non concludat cum Clar. P. *Desing Christian-*
(x) *mo* *injuriam fieri Europæis* , tradendo illis jus naturæ *nus Doctor*
sine Christo , extra quem nullum jus solidum , stabile & æter- *in traden-*
dum , sicut nullam salutem agnoscunt. 2. do. Doctorem Chri- *do jure nat.*
stianum tradentem jus naturæ , etiam Paganis , ex Charitate illicite ab-
teneri S. Scripturam & doctrinam Christianam adhibere : præ- *strabit à*
cipue , si facile ea cum naturali congruit , aut eadem est. *Scriptura*.

§. XXII.

Alia adjumenta cognoscendi Jus Naturæ.

236. Inter cætera adminicula , quæ discendo juri naturali in-
serviunt , est etiam *Jus Canonicum* , constat enim vel
obiter Corpus juris illius insipienti , per Sacros Ca-
nones inibi contentos , officia erga DEum , se ipsum , & pro-
ximum

(w) Epist. 187. alias 3. ad qq. Volusiani.

(x) Loc. cit. cap. IV. Them. X. Num. 4. & cap. X. Them. IV. Num. 5.

Jus Cano-
nicum est
etiam inter
adminicula
discendo
juri natu-
ra apta.

Commen-
datur idem
Jus Cano-
nicum à
Justiniano
Impera-
tore.

Ratio af-
ferti no-
stri.

Jus civile
Romanum
etiam in-
servit ad-
discendo
juri na-
tura.

ximum (in quibus summa juris naturæ sita est) non tantum declarari, sed & valide confirmari, extendi, & ad perfectiōrem Evangelicam sublimari; prout Orbis Catholicus firmissime tenet, & ipsemet Imperator in suis constitutionibus Jus Canonicum Sacrarum ac divinarum Regularum nomine compellat, quas leges civiles non deditigatur imitari. (y) Imo (z) ait: *Sacros Canones non minus quam leges valere, etiam nostræ volunt leges quod enim Sacri Canones probibent, id etiam & nos per nostras abolemus leges.* Minime proin curandi sunt Cavilli & scommata tum ipsius Lutberi tum ejus asseclarum, quæ in Sacros Canones evomere non erubuerunt. Vid. de his Clar. P. Schwarz (a) Ratio porro asserti nostri, de utilitate Juris Canonici ad jus naturale dicendum, inter alias, ea est, quod S. Canones à SS. Pontificibus tanquam Christi Vicariis, ligandi atque solvendi amplissima potestate ditatis, post maturas præhabitas deliberationes, & consultationes, tum extra, tum intra Concilia, emanarint; è quibus Pontificibus non pauci, pro constitutionum suarum veritate ac justicia comprobanda, exquisita tormenta, & mortem ipsam perpetri sunt. Quis ergo prudenter inficiari poterit, Sacra illa jura ad indagandam iustitiam naturalem plurimum roboris, præ aliis Neotericorum scriptis, possidere?

237. Alterum adminiculum non exiguum juri naturali adscendo præbet *jus civile Romanum*: Quamvis enim neminem extra statum, ubi receptum est, obliget (nam *extra Territorium jus dicenti impune non patetur* (b)) plurima tamen in se continent, quæ naturæ rationali universæ & gentibus adaptata noscuntur. Agnovit hoc etiam Illustris *Pufendorfius*, ita scribens: (c) „Fatendum est, quidquid adhuc Romanæ juris prudenter superest, juri naturali plurimum lucis attulisse, „non solum quia isti mag opere curæ fuisse apparet, omnia „ad rectam rationem & æquitatem revocare, sed etiam, quia „plurima, ad pædiam juris naturalis spectantia, ab Ictis Roma- „nis luculenter fuere pertractata. Addit. Quantamcunque „tamen laudem juri Romano tribuamus, fatendum utique est, „peculiaris

(y) Nov. 83. cap. 1. (z) L. 45. Cod. de Epis. & Cler.

(a) Loc. sœpe cit. f. 202. & seqq. (b) L. fin. ss. de jurisd.

(c) Apud Clar. P. Schwarz loc. cit. f. 198.

„ peculiari adhuc disciplina juris naturalis opus fuisse, siqui-
 „ dem dicitur in moralis sua constare debet perfectio. Nam Prout
 „ nec omnia, quae ad paediam juris naturalis pertinent, in ju- agnovit?
 „ risprudencia Romana ita accurate, prout par erat, deducta etiam Pu-
 „ inveniuntur; & cum ibidem naturalia positivis, & quae ex fendorfius.
 „ peculiari indole Republicæ Romanæ proveniunt, immixta
 „ sint, ista unque quidem discernere non poterit, nisi qui
 „ aliunde hauserit, qua nota hæc ab illis diagnoscantur. „
 Ita ille. Videatur etiam *Albericus Gentilis* (d) & illustris
Leibnitius (e) *

238. SS. Patrum Testimonia ** non modicam quoque juri SS. PP. naturæ cognoscendo conferunt utilitatem; cum enim singula- *Dicta sunt riter à DEO electi fuerint, ut præcipuam Republicæ curam etiam utili- gererent, non dubitandum est, quin speciale quoque lumen lia ad co- cœlitus adepti sint, quo prælucente multo exactius quam Gen- gnoscen- tiles cognoverint ea, quæ hominibus in omni statu justa vel dum jus injesta, & consequenter licita vel illicita forent. Hinc reji- naturæ. cienda merito est eorum opinio, qui contendunt, in agnoscendo jure naturæ *soli rationi*, nullatenus vero Auctoritati inniten- *Rejicitur dum esse*; si enim hoc verum esset, nullum unquam jus, nisi *eorum op- cerebrinum posset habere locum, totumque Regimen Spiritus nio, qui in privatus teneret; cum quilibet solum id rectum judicaret, quod cognoscen- privatim intra se tale existimaret; prout etiam observat Plato, do jure qui in Theoteto acute ostendit, quanta sequerentur absurdæ, si *natura soli rationi*, quilibet homo sibi metiensi mensura foret; tunc enim idem esset album, quia hic homo tale esse putaret, idemque nigrum fo- nullatenus ret, quia multi alii nigrum esse opinarentur: ulterius dein vero Au- considerans, opiniones nostras morales fere de rebus *agendis*, *Autoritati id inniten-* *dum esse volunt.***

(d) De Jure Belli l. 1. cap. 3. (e) In præfat. ad Cod. J. Gent. diplom.

* Illustris D. Gundling. loc. cit. cap. 1. dicit, se de omnibus legibus civi- libus populorum offendere posse, eas esse ipsam Rationem: *hæc tantum agi, ut que in illis Arbitraria sint, separantur ab Absolute Necessariis.* Verum Clar. Desing loc. cit. cap. 9. f. 50. *Consilium hæc de separandis arbitrariis à necessariis non approbat, sed ut periculosum ac supervacaneum, imo impossibile non sine ratione rejicit.*

** Præsertim legi merentur illi, qui Christiana doctrina tanquam rationi confona gentiles imbuerunt, ut *Justinus*, *Augustinus* de civit. DEI. S. Thomas contra gentes &c. quippe qui non tantum ea tradiderunt, quæ fide divina tunt credenda, sed insuper Virtutes morales ac Decalogum sat copiose explanarunt.

id est de *futuro esse*, illos solum de futuris apte judicare posse affirmat, qui in re quacunque magis practici sint. Sic v. g. „ „ si quis Medicinæ imperitus arbitretur futurum, ut se corri- „ piat febris, futurumque sibi illius calorem; alius vero qui- „ dam Medicinæ peritus contra ex. flimet: ex utrius sententia „ censemus, futuri illius casus existimatum eventurum? ---- At „ de vini dulcedine seu acerbitate futura agricolæ opinio, non „ vero Cytharædi obtinebit. Neque protecto de eo sono, qui „ concinnus inconcinnusve sit futurus, melius judicabit Pæ- „ dotriba, quam Musicus, qui & ipsi postea Pædotribæ con- „ cinnus videbitur. ----- Nonne & legum ferenda „ rum institutum, & qui illis propositus est finis utilitas, ad „ futurum referuntur? Nemo tamen est, qui non fateatur, „ civitatem, dum leges condit, ab illo utilitatis fine sæpe exci- „ dere. ---- Abunde igitur à nobis adversus tuum præce- „ ptorem (*Prothagoram alleguitur*) dictum sit, quod necel- „ fario fatendum illi sit, aliud alio sapientiorem esse, & illum „ quidem sapientem hominem rerum esse mensuram: nihil autem „ necesse esse, me, qui imperitus sum, esse mensuram. „
Ita Plato.

*Idem Lucu-
lentius do-
cet S Au-
gustinus.*

239. Verum adhuc Luculentius hoc ipsum argumentum pro-
movet S. *Augustinus* (f) ita scribens: „ Unde igitur exoriar?
„ ab Authoritate, an à ratione? Naturæ quidem ordo ita se
„ habet, ut cum aliquid discimus, rationem præcedat
„ Auctoritas. Nam infirma ratio videri potest, quæ cum
„ reddita fuit, Auctoritatem postea, per quam firmetur,
„ assumit. Sed quia caligantes hominum mentes consuetudine
„ tenebrarum, quibus in nocte peccatorum, vitiorumque ve-
„ lantur, perspicuitati, sinceritatique rationis aspectum ido-
„ neum intendere nequeunt; saluberrime comparatum est, ut
„ in lucem veritatis aciem titubante veluti ramis humanis
„ opacata inducat Auctoritas. Sed quoniam cum iis nobis res
„ est, qui omnia contra ordinem & sentiunt & loquuntur, &
„ gerunt? (*nempe cum hereticis*) nihil aliud maxime dicunt,
„ nisi Rationem prius esse reddendam, morem illis geram,
„ Quod fatear in disputando vitiosum esse suscipiam - - -
„ Ratione

(f) Lib. I. de moribus Eccles. cap. II.

„ Ratione igitur queramus Quemadmodum sit homini vivendum? „ Ita S. *Augustinus*, qui, ut vides de jure naturæ discendo agit, quomodo nimis sit homini vivendum; quamvis autem fateatur, vitio non carere, ut in hoc à *Ratione* initium ducatur, iniustitate tamen Hæreticorum, nil nisi rationem solam continuo clamantium, adactum se esse dicit, ut, invitus licet, vitio hic morem gerat.

240 Idem S. Pater alio in loco suadens, quomodo jus naturæ sit discendum, sic scribit: (g) „ Hæc autem disciplina dem S. P. ipsa DEI Lex est, quæ apud eum fixa & inconcessa semper in banc manens, in sapientes animas quasi transcribitur, ut tanto se rem dicta sciant vivere melius, tantoque sublimius, quanto & perfectius. Etiam eam contemplantur intelligendo, & vivendo custodiunt diligentius. Hæc igitur disciplina eis, qui illam nosse desiderant, simul geminum ordinem sequi jubet, cujus una pars vitae, altera eruditionis est. Adolescentibus ergo studiosis ejus ita vivendum est, ut à venereis rebus, ab illebris ventris &c. se abstineant. - - - Sequitur ut dicam, quomodo studiosi erudiri debeant, qui sicut dictum est (nempe ad leges naturæ) vivere instituerunt. Ad discendum item necessario dupliciter ducimur, Auctoritate & ratione. Tempore Auctoritas, te autem ratio prior est. Aliud enim, quod in agendo anteponitur, aliud quod pluris in appetendo aestimatur. Itaque quamquam bonorum Auctoritas imperitæ multitudini videatur esse salubrior, ratio vero aptior eruditis, tamen, quia nullus hominum nisi ex imperito peritus fit; nullus autem imperitus novit, qualem se beat præbere docentibus, & quali vita esse docilis possit, evenit, ut Omnibus bona Magna & occulta (hoc est sibi nondum nota) discere cupientibus non aperiat nisi Auctoritas Januam; quam quisque ingressus sine ulla dubitatione vitæ optimæ præcepta sectatur; per quæ cum docilis factus fuerit, TUM DEMUM discet, & quanta ratione prædicta sint ea ipsa, quæ secutus est ante rationem; & quid sit ipsa Ratio, quam post Auctoritatis incunabula

„ bula firmus & idoneus jam sequitur. &c. Ita rursus *S. Augustinus*; quæ omnia ipsa ratio dicit, qua docemur, vitam socialem sine auctoritate subsistere non posse. Sic enim liberos (non raro propria eorum adhuc debili, *ratione* refragante) parentibus obtemperare oportet; quod idem de uxore respectu mariti, de militibus respectu Ducum, affirmandum est; et si eorum, quæ sibi præcipiuntur, rationes non penetrent, sed potius eorum propria Ratio contradicat.

Aposite 241. Apposite quoque ad præsens institutum *S. Thomas* quoque *ad (b)* ita differit: „ Quædam sunt in humanis actibus adeo ex-
præsens in- „ plicita, quod statim cum modica consideratione possint ap-
plicatum „ probari vel reprobari per illa communia & prima principia,
loquitur „ quædam vero sunt, ad quorum judicium requiritur multa
S. Thomas. „ consideratio diversarum circumstantiarum, quas considerare
„ non est cuiuslibet, sed sapientum. Necessæ est,
„ quod omnia præcepta moralia pertinent ad legem naturæ,
„ sed diversimode; quædam enim sunt, quæ statim per se ra-
tio naturalis cuiuslibet hominis dijudicat esse facienda
„ vel non facienda; sicut *bonora patrem* &c. quædam vero
„ sunt, quæ subtiliori considérations à sapientibus judicantur
„ esse observanda: & ista sic sunt de lege naturæ, ut tamen
„ indigeant disciplina, qua minores à sapientibus instruantur,
„ sicut illud *coram Cano capite consurge* &c. , Ita *S. Doctor.*

Theologo- 242. Adjumentis cognoscendi jus naturæ merito quoque
rum con- adnumeranda sunt Theologorum conclusa. De his ait *Grotius*
clusa quan- (i) ubi in re morum consentiunt, vix est, ut errant; quippe
tum juvent perpicaces adinodum ad ea videnda, quæ in aliorum dictis re-
ad cognoscendū prehendi possunt; in quo ipso diversa tuendi studio laudabile præ-
scendunt modestia exemplum, rationibus inter se certantes, non, qui
Jus Nat. mos nuper adeo litteras inquinare cepit, convitiis, turpi fatu
impudentis animi.

Calumnia 243. Displacent hæc, quoad Catholicos Theologos, *D. Pufendorfii Pufendorfio* (k) ita scribenti: „ quare hinc illos excluderim
in Theolo- „ scriptores, qui inter Sectæ Romanæ addictos, mores sibi
„ atque

(h) 1. 2. q. 100. art. 1.

(i) In proleg. §. 52.

(k) In prefat. ad Libb. de J. N. & G.

„ atque conscientias hominum regendas sumpsero, quos ipso *gos Catbo-*
 „ *Grotius & alii magno agmine in partes vocare gaudent: licos,*
 „ ejus rei ratio mihi apud cordatos satis constabit. Scilicet
 „ *istis hominibus suorum traditorum nullum certum fundamen-*
 „ *tum, aut hypothesin substernere solenne est: sed præter illa,*
 „ *quæ à Ictis mutuari solent, frivolas ut plurimum quæstio-*
 „ *nnes paribus ratiunculis confirmare contenti, de cætero inter-*
 „ *gras legiones sua Sedæ scriptorum allegasse præclarum habent,*
 „ *quorum unum si noveris, omnes noveris, ita omnes magno*
 „ *constitu magnas nugas agunt; ut tamen vix ulla sit quæstio,*
 „ *in qua isti in partes non discedant, cuius instituti hæc. est*
 „ *arcana ratio, ut postquam inter fundamenta sacræ istorum*
 „ *Reipublicæ est, hominum conscientias non ratione, sed au-*
 „ *ctoritate Sacerdotum regi, ubique in promptu sit Authorum*
 „ *nubes, quæ qualemcumque sententiam stabilire idonea sit,*
 „ *prout quemque persuaderi ipsorum interest. Atque inde bo-*
 „ *no publico pessime mereri arbitramur, qui in tanta solidar-*
 „ *rum scientiarum luce, ad istas adhuc nugas, regni tenebra-*
 „ *rum fœtum juxta ac stablimentum, juventutem manudu-*
 „ *cere laborant. Ita Pufendorfius, ex mero suo beneplaci-*
 „ *to, & absque ulla ratione, nec minus, ut apparet, ex immor-*
 „ *ni aversione animi, qui tamen paulo ante protestatus est, sc̄*
 „ *antiquitati debitum honorem neutquam detrahere velle.*

244. Continere nos certe haud possumus, quin aliquali-
 ter jure retorsionis hic utamur, & nonnulla in virum Illustrem
 regeramus, quæ Theologis catholicis affingit. Nec ipsem est, si
 adhuc viveret, id ægre posse ferre videtur; scripsit etiā: (1)
cur agre feram; quam ego in alios libertatem mibi sumsi, ean-
dem alios quoque in me exercere? ait igitur I. *istis hominibus*
 (hoc nomine, in his circumstantiis sat contemptibili, pro sua
 humanitate, compellat præstantissimos insimul ac piissimos, &
 à protestanticæ quoque Religionis Authoribus, ipso Pufendorfio *Regerun-*
 ob id conquerente, magno in honore ac pretio habitos, cele- tur in su-
 berrimos Theologos, D. Thomam Aquinatem, Bonaventuram, um Autbo-
 Suarezium, Vasquezium, Scotum &c.) *istis hominibus suorum rem.*

Z 2 tradito-

(1) In Epist. ad Scherzerum super censura quadam &c.

traditorum nullum certum fundamentum esse. Liceat præprioris hic quærere ex Authore illustri: à temetipso hoc dicas, an alii dixerunt tibi? an ipsem D. Pufendorfius vastissima tot Theologorum Catholicorum volumina legit, an non? primum non esse factum, videtur extra dubium; tum propter ingeniem eorum molem, tum quia alioquin saltem unicum illorum assertum adducere debuisset, * prout certe fecisset, si legisset, & reperisset, cui solidum fundamentum deesse convinci possent. Si vero non legit, eo magis impegnisse censendus est, quod vel ex propria mente præjudiciis oppleta, vel aliorum malevolorum dictis nimium credulus, non tantum contra regulas prudentialia enormiter peccarit, sed & contra Charitatem, ac justitiam, & consequenter contra socialitatem, quam tamen unicum juris naturæ principium constituit, gravissime deliquerit, ea, quæ ex sola relatione unius aut alterius infensi, contra Viros illos præclarissimos percepérat, famoso suo scripto pro genuina veritate obtrudere volendo.

Major est 245. II. Alt., quod Theologi Catholici *integras legiones Authori sua secta scriptorum allegasse præclarum babeant &c.* Verum si *tas Theolo-* in hoc error est, majoris certe fœus est *Pufendorfius*; nonne *gorum Ca-* enim & ipse potissimum fundamentum, pro stabiliendo suo *jutbolicorum* ris naturalis principio, in Auctoritate, & quidem præcipue scri-
quam Anti- ptorum Ethnicon reponit? legat, qui volet, librum ejus II.
quorum de J. N. & G. Cap. III. §. 15. & vera nos dixisse fatebitur.
Pbiloso- An non magis Christiano Authori convenit, in docendo jure
na-

* Placet hic annexare, quæ in ordine ad lectionem antiquorum Authorum de Pufendorfio scribit *Bæclerus* in quadam epistola, quam allegat Cottfridus *Mascovius* in prefat ad novam editionem *Pufendorfi* librorum de J. N. & G. fol. m. 17. verba *Mascovii* sunt ista.
 „ Interiorum litterarum laudem ei (*Pufendorfio*) negat *Bæclerus*.
 „ nam quum apud illustrem *Boineburgium* de elementis ejus prudentialia universalis iusticium ferret, constare sibi, ajebat, invicem argumentis, *Pufendorfum* in lectione Veterum non tam verum fatum esse, quam jacliter. Neque se temere hic decipi addit, utpote qui nimis diu hoc saxum volverit. „ Ita *Mascovius*. Verum hæc eum solum in finem adduximus, ut ex confessione Authoris protestantici haberetur, *Pufendorfum* non adeo sedulum fuisse in lectione Authorum Veterum, etiam scopo suo inferiorientium; multo minus igitur legerit Theologos Catholicos, à quibus aliunde noverat, sua dogmata non probari.

naturæ, nisi auctoritate Virorum, Numinis veri cognitionem pborum aut habentium, quam Philosophorum gentilium, plura dogmata juri naturæ contraria admittentium? An non dedecet, neglegit celeberrimis Doctoribus Christianis, jus naturæ è Poëtarum antiquorum lacunis haurire, conclusiones vero Priorum ut nugas traducere? Sed hæc per transennam, Pergimus nunc ad reliqua cognoscendi juris naturæ adjumenta.

246. His annumeramus etiam effata ICtorum, de quibus ICtorum denuo Grotius (m) juris Romani, ait, scientium profitentium effata ad tria sunt genera. Primum eorum est, quorum opera in Pandecte, Codicibus Theodosiano & Justiniano, & in Novellis con-dum Jus sitionibus apparent. Recensitis dein secundo & tertio genitio utilia nere, ita pergit: Primis multum defero: nam & rationes siepe sunt optimas suppeditant ad demonstrandum id, quod juris est naturæ: & eidem juri, neque minus gentium juri testimonium saepre præbent.

247. Antiquorum pariter Philosophorum & Poëtarum sententiaz, quibus ex usu & observantia gentium ea suggestur, Iosiphorum quæ sanæ rationi congruunt, aut ab ea deflectunt, non exiguum & Poëta-cognoscendo juri naturali utilitatem conferunt; dummodo in rum sententiaz, si enim præprimis aliqua reperiuntur juri naturæ contraria; Poë-debita ad-tæ vero non expurgati, in addiscendo eodem jure magis ob-bibeatur circumspe-cio.

248. Historia demum summopere juri naturæ addiscendo Quid ad conductit; ut enim saepè laudatus Grotius discutrit: (n) Hi- idem Jus storæ duplarem babent usum, qui nostri sit argumenti: nam & Nat. addi-exempla suppeditant, & judicia. Exempla, quo meliorum sunt scendum temporum ac popularum, eo plus bibent autoritatis: ideo Gra- ca & Romana vetera ceteris prætulimus. Nec spernenda ju- conferat bistica. dicia præsertim consentientia: jus enim naturæ ut diximus, aliquo modo inde probatur; jus vero gentium non est, ut aliter probetur.

(m) In proleg. §. 53.

(n) Ibidem §. 46.

*Conclusio
operis.*

249. Verum de hac , ut ut spinosa , celebratissimata men , & insimul utilissima materia , calatum retrahere temporis angustiae monent . Quamvis autem gloriari minime valeamus , quod per hucusque disputata metam , in assignando genuino , cognoscendi juris naturae princip'o , felicius præ aliis tetigerimus ; Numine tamen adjuvante , scopulos haud paucos à nobis detectos esse confidimus , in quos alicquin incauti juvenes (in quorum unice gratiam & commendum isthæc edidimus) quorumdam Auctorum , de hoc ipso objecto tractantes lucubrationes evolvendo , impingerent , vel quos ob latentia sophismata non agnoscerent , vel ob verborum , quibus non raro obteguntur lenocinia , non adeo periculosis esse adverterent . Hujusmodi proin Tyronibus sedulam hujus opusculi lectionem summopere commendamus spe freti , correspondentem suæ industriae fructum eos exinde reportaturos , ad laudem perennem Authoris Naturæ , qui

In omnibus glorificetur DEUS.



PARERGA

P A R E R G A
EX
UNIVERSO JURE SELECTA.

1. *Efficacia legum tum Ecclesiasticarum,*
2. *Tum civilium, non dependet ab acceptatione populi.*
3. *Subditus tam physicè,*
4. *Quam moraliter à suo territorio absens non tenetur legibus illius;*
5. *Prout econtra peregrini non obligantur ad leges particulare alieni territorii.*
6. *Ecclesia potest pra. ipere actus merè internos*
7. *Ad introducendum consuetudinem contra legem, conductunt tum actus formaliter mali, tum bona fide exerciti.*
8. *Si postulatio concurrat cum electione, non admittitur; nisi numerus postulantium sit duplo major, quam eligentium.*
9. *Leges ab Episcopis extra Synodum latæ, sunt perpetuae.*
10. *Episcopus potestate ordinaria non tantum dispensat in lege Pontificia tunc, quando facultas dispensandi expresse, vel tacite concessa est,*
11. *Sed etiam regulariter in iis casibus, in quibus dispensatio non est expressè à Pontifice reservata.*
12. *Vi Concilii Trid. Sess. 24. de Reform. c. 6. Episcopus etiam potest dispensare in irregularitate, ex delicto occulto alieno contradicta.*
13. *Nomine delicti ejusmodi occulti non venit illud, quod non est simpliciter notorium, ac publicum;*
14. *Nec illud, quod in uno tantum loco est notorium;*
15. *Sed quod omnino vel penè occultum est;*
16. *Licet tale non sit, quod probari non possit.*
17. *Trident. negans Episcopo facultatem dispensandi in irregularitate, ex delicto ad forum contentiosum deducto, non est intelligendum de casu, quo reus in judicio fuit absolutus.*
18. *Contractus pupillorum sine auctoritate Tutorum initi, nec obligationem naturalem producunt.*
19. *Filiis impuuberi in electoratu succedenti, etiam bodie in testamento paterno recte Tutor datur, excludens legitimum, seu proximum agnatum,*
20. *Prælatus sine consensu Capituli potest agere & excipere.*
21. *Nisi causa sit valde ardua, magnam amove expensarum.*
22. *Ubi probabiliter saltem consilium Capituli requiritur.*
23. *Bonæ fidei Possessor non tenetur fructus ex re aliena perceptos, & consumptos restituere, licet exinde factus sit locupletior.*
24. *Spoliatus ante omnia restituendus est, quamvis à spoliante ubi cintur ei notarius defectus proprietatis; nisi potius notarius ejusdem rei dominus sit.*
25. *Male in judicio absolutus vi rei judicata non sit tutus in conscientia.*
25. Per

26. Per matrimonium invalidum à Clerico Minörista contractum, beneficium illius non vacat ipso jure.
 27. Contra concordata Germaniae locum habet præscriptio.
 28. Vota Capitularium in susceptione ad S. Professionem religiosam sunt decisiva non tantum de consuetudine, sed etiam de jure scripto.
 29. Quod si tamen Albati constet ius in jure à Capitularibus novitio assensum denegari, potest illum se solo ad S. Professionem admittere.
 30. Nomine probitæ alienationis rerum Ecclesiæ non venit hypotbeca generalis, in bonis ejusdem constituta;
 31. Bend tamen repudiatio juris Ecclesiæ delati, v. g. bæreditatis, aut legati &c. à Prælato privativè facta.
 32. Commodatarius regulariter tenetur de culpa levissima.
 33. Prout etiam negotiorum gestor
 34. Depositarius in rebus propriis diligentissimus, culpam latam committit, si non eandem diligentiam impendat circa rem depositam
 35. In venditione bæreditatis jus accrescendi transit in emptorem.
 36. Pater in gratiam filii proprium feudum refutans, buic sine liberis mortuo non succedit.
 37. Uxor ratione dotis præfertur creditoribus anterioribus, etiam expressam hypotbecam habentibus.
 38. Filiifamilias non possunt testari de peculio adventitio extraordinario.
 39. Querela in officijs testamenti competit Fratribus germanis defuncti testatoris, licet ipsis non sit prælata persona turpis.
 40. Neutro jure potest detrabi falcidia à legatis piis, nisi bares similiter sit causa pia.
 41. In successione collateralium ab intestato, Fratrum defunctorum Filii, si soli sint, succedunt in capita.
 42. Privilegium percipiendi decimas pio loco indultum, regulariter non comprehendit decimas novalium.
 43. Non subsistit lex amortizationis.
 44. Sponsalia gravi & injusto metu extorta, sunt ipso jure nulla, praeterquam in præjudicium extorquentis.
 45. Admodum probabile est, non valere matrimonium contractum à persona Catbolica cum Acatbolica sub pacto, ut vel aliqua vel omnis proles educatur in sedâ illa heterodoxa.
 46. Pontifex dispensans in radice matrimonii, indirectè legitimare valet quond temporalia, etiam extra suum territorium.
 47. Tortura est lita.
 48. Reus juridicè interrogatus non tenetur in conscientia crimen fateri.
 49. Licitum est aliquando feminæ pro servanda fama, in qua ceteroquin est, propriam sobolem in loco tuto exponere.
 50. Qui pro defensione rerum suarum, magni valoris, furem occidit, vel mutilat, non sit irregularis.

